R. D.

Nobiliſſima Diſceptatio
SUPER
DIGNITATE
ET
MAGNITUDINE
REGNORUM
Britannici & Gallici,
HABITA
Ab utriuſque Oratoribus & Legatis
IN
Concilio Conſtantienſi.

Juxta Exemplar *Lovanii* excuſum, An. MDXVII.

LONDINI,
Recuſum impenſis *Jacobi Adamſon*, ad inſigne Angeli Coronigeri in Cœmeterio D. *Pauli*. MDCXC.

Magnifico & Nobili Domino Roberto Wyngfeld, *Equiti serenissimi & potentissimi Regis* Angliæ & Franciæ *Conciliario, ac apud Divum Maximilianum* Cæsarem *Oratori Dignissimo*, Richardus Lepidus Bartholinus *felicitatem optat.*

HESIODUS i Ἔργοις præcipit (lubet enim præstantissime Eques in principio paulisper Græcis versibus auspicari) ita mensuram vicinis i de nobis bene meritis beneficiorum reddere.

Ἐὺ μὲν μετρεῖσθαι παρὰ γείτονος, εὖ δ' ἀποδοῦναι
Αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λαῖον αἴκε δυνήαι
Ὣς ἂν σῃΐζων καὶ ἐς ὕστερον ἄρκιον εὕρης.

Quod præcepti genus Cicero etiam in officiorum libros transtulit. Jubentur mensuram acceptorum beneficiorum, si a nobis fieri possit, cum superpondio reddendum esse, ut paratiores eos qui nobis bene-

benefecerint invenire iterum possimus. Ego autem cum abs te, & pluribus, & egregiis beneficiis affectus sim, nec eisdem possum, ut animus ac voluntas foret, saltem correspondere, molestè afficerer: nisi prudentiam tuam ac singularem humanitatem jamdudum noverim: quam me tam in tenui fortunæ statu positum facile, ne dicam jure, venia impertituram puto: cum ta ipse non ignores, animum mihi mutui præstandi officii, modo commoditas suppeteret, nunquam defuisse. Tesiquidem, tum propter jam perspectam tuam in me benevolentiam, tum ob singulares tuas virtutes, quibus ignotos quoque ad tuum desiderium trahis, numinis loco & veneror, & colo: addo præterea quod mihi gratissimum est, aliquid fidei in literis ac studiis meis aliquando posuisse, quod etsi prius a me satis cognitum est, nunc autem quantum mihi facile prospexi: misisti enim ad me nobilissimam illam super dignitate & magnitudine regnorum Britannici & Gallici disceptationem, in concilio Constantiensi habitam, ut cum perlegerem, ac judicium, quantulum in me esset, proferrem, quamobrem ut tibi morem pro virili gererem quantum per animi molestiam, in qua versor licuit, utranque de nobilitate regni Britannici &

Gallici

Gallici disputationem legi addidique (ut aiunt) corollarium; decrevi enim ut simul cum judicio Epistolam quoque haberes, qua quid de regni Britannici dignitate sentirem facile intelligeres. Primum enim si illustrem vetustatis originem quod imprimis ad regnorum excellentiam requiritur: si regum tum domi tum foris rerum gestarum gloriam repetimus, tantum abesse puto, ut Galli Britannis vel antiquitate, vel imperio, vel regum excellentia conferri possint, ut etiam ills ipsis non injuria Britanni præferri debeant. Brutum enim ex Sylvio Aeneæ nepote extlem in Græciam profectum legimus, ubi cum Pandraso Græcorum rege adjuvante Heleno, cum diu bellum gessisset, inita demum per matrimonium amicitia Deorum monitu ac responso ad insulam Albion diu velut alter Ulysses errans, appulit, ut Gildas & Galfridus autores sunt, unde multo ante quam Romanum Imperium oriretur Britannorum Reges a Trojanis initium traxere, quorum res illustres & pace & bello recensere arduum esset: his initiis, & Brennius & Belinus duo bellorum fulmina, orti sunt, qui cum valido exercitu Galliam & Italiam ingressi, urbem Romam, vi armisque cepere, reversi magnam partem Germaniæ & fere totam

Galliam ſubjugum miſerunt: quamobrem Romanæ hiſtoriæ Gallos magis quam Britannos dixerunt, tum etiam quia inſula Britanniæ parum tunc cognita Romanis fuit, omnes tranſalpinos, Gallos nominaverunt. Taceo ſub eorundem Imperatorum auſpiciis partem quoque Aſiæ, occupatam fuiſſe, quæ agentis nomine etiam nunc Gallograecia dicta eſt, cum etiam potentiſſimi Arviragi Regis ſeſe imago offerat; cujus etiam Juvenalis meminit ſatyra quarta, ubi de Rhombo loquens, ait.

Regem aliquem capies aut de temone Britanno,

Decidit Arviragus, qui quidem tantum abfuit ut Romana arma formidaret, ut cum Claudio, & Veſpaſiano Imperatoribus potentiſſimis pugnare non dubitarit; nec me præterit Joſephum ab Arimathæa cum a Judæis nequiter in carcerem ductus fuiſſet & a Deo optimo maximo miraculoſe liberatum taliter ut nuſquam poſtea in Judæa viſum fuiſſe; nam ut annalium ſcriptores prodiderunt, in Britanniam tranſmigravit, ibique & cultum Chriſti docuit & multa ſui monumenta in valle Avilonis, quæ adhuc viſuntur, reliquit; & non multo poſt Rex Lucius in Regno ſucceſſit qui anno Dominicæ ſalutis Centeſimo quinquageſimo ſexto non ſolum Chriſti cultum per eum admiſſum

missum & cultum etiam de triginta Episcopos in Britannia constitutos legimus: adeoque in fide permanserunt, ut quamplurimi Romanorum Imperatorum sævitia Martyrii palmam adepti fuerint. Quid illud Fulgentii qui Severum (cujus armis tota pene insula subacta fuerat) debellavit: sed quod mirum dictu videtur: Constantinus, qui postea Romani Imperii, imo totius Orbis habenas rexit, & ad Romani sceptri fastigium accersitus est. Inde & Maximianus ille qui Britannorum viribus non solum Galliam sibi vendicavit, sed etiam totam pene Germaniam, ac Gratianum & Valentinianum Imperatores prælio vicit. Quamobrem si Britannorum Regum res præclarissime tum in toga tum in bello gestæ recitarentur: Sine controversia Britannicum regnum cæteris Europæ regnis nedum Gallico præstare judicaretur. Desinerem ab antiquorum falo, nisi me florentissima ac æterni Arthuri Regis memoria revocaret, cujus præterquam Norvegiam, Datiam ac Galliam totam subjugasse proprium fuit. Illud tamen mihi longe præclarius videtur validissimum Romanorum exercitum, in quo non plures duces populum Romanum habuisse, quam Reges proditum est & prudentia & militum fortitudine deviciſſe. Atque ut bre-

viter Arturi potentiam intelligas ejus copias ex Britannia, Hybernia, Islandia, Selandia Batavorum insulis Orchadibus, Norvegia, Datia, Gallia centum octinginta ac trium millium & ducentorum hominum fuisse tradiderunt, pugnatumque diu est, victis tandem Romanis Lucii corpus pro tributo quod senatus proposcerat ab Arturo redditum, quanto autem corporis robore ac fortitudine fuerit satis est dixisse, bis gigantes singulari certamine prostravisse. Quid de Roberto Henrici primi fratre ac Richardo primum dicendum est, quorum alter cum Godfredo de Bullion Hierosolymam, ubi Dominicum sepulchrum est, recuperavit; alter præter facinora præclarissimaque in Ægypto ac Siria contra Saladinum gessit, præter Cipri regnum sibi armis vendicatum, tunc vero potissimum incredibile corporis robur, ac animi magnitudinem præ se tulit, cum leonem, cui in tutre Brisace abjectus fuerat, inserta in os manu evulsoque corde intrepide necaverit, tantum ob facinoris egregii memoriam cor leonis cognomento appellatus est. Edvardi autem primi vires tum apud Hierosolymam, tum apud Scotiam Walliamque, a quo devicta fuerunt, claruit. Sed cum Edvardi tertii, ac Henrici quinti virtutes & res bellicas revolvimus

volvimus, nescio uter validius Gallicam superbiam domuerit: ille enim cum triginta fere annos bello Gallos infestasset & initu multa pugna non solum hostiles copias sæpe stravit, sed etiam Joannem Gallorum Regem cepit, captumque annos tres in Anglia tenuit. Hic vero cum exercitu Galliam ingressus, totum sib vi armisque præter civitates Aurelianum, Bourgium & Lugdunum regnum vendicavit, filium ejusdem nominis, qui postea inter cœlestium Deorum nomenclaturam relatus est, apud Parisios decimum annum ætatis suæ coronatum constat. Quamobrem si originem, si regum excellentiam, si gesta bella, victoriasque ac auctum imperium aio complectimur allucinantis esset Gallos Britannis quorum sub impio toties domiti fuerunt conferre, & si prioribus sæculis omnibus ut dicebam regnis nedum Gallicis præstiterunt: nunc autem sub sereniſſimo ac invictiſſ. Rege Henrico VIII. ad summum, ut aiunt, fastigium perveniſſe Britannorum gloriam cernimus: qui quidem ævo nostro MDXIII. Dominicæ salutis annoque cum sacratiſſimo Imperatore Maximiliano Cæsare semper Augusto in Gallia gesserint, notiora sunt quam ut a me referri necesse sit. Devastata enim opulentiore Galliæ parte, Civitates munitiſſi-

mas Tornanum ac Turvanum in Morinis ad deditionem coegit: & nisi dii atque homines tanto obstitissent incepto, jamdudum Gallia sub jugum Britannicum (quod totiens excussit) missa fuisset. Si autem principis in rebus agendis prudentiam, in imperio administrando gravitatem incredibilem vitæ modestiam animadvertimus; perpetuum Britannico imperio ac posteris stabilimentum illustremque memoriam relicturum non ambigimus. Præterea divinam vultus corporisque præsentiam: qua ut virtute atque animi excellentia cæteris præstat mortalibus: ita paucos reperias qui sibi vultus majestate comparari possint: sed de his satis.

Quantum autem ad disputationem in concilio Constantiensi habitam attinet: nihil me hercle accommodatius: nihil eractius unquam disputatum legi. Profecto doctissimi viri patrocinio Britannicum genus; imo Reges ipsi plurimum debent; sed tibi non minus qui delitescentem tanti regni defensionem ac situ pene vetustateque abolitam, rursus in lucem restituis; quapropter si qua reddendæ gratiæ apud bonos extabit recordatio, non dubito quin perpetuo tui memoria; tum propter hoc; tum etiam ob singulares tuas virtutes, fidelissimumque erga serenissimum

mum Regem jam tot annos apud magnanimum Maximilianum Cæsarem semper Augustum exanclatum obsequii laborem celebrior illustriorque ad posteritatem transfundatur. Vale excellentissime Eques, & me ut facis, ama.

Robertus Wyngfeld, Eques

A D

LECTOREM.

AGenti mihi nuper sereniss. ac potentiss. Regis Angliæ & Franciæ D. mei oratorem apud magnanimum Cæsarem Maximilianum semper Augustum, forte ita evenit ut cum ipsum in urbem Constantiam euntem legationis meæ causa fuerim prosecutus, in ea urbe cum per aliquot dies immoraremur, & post exacta quæ nobis incumbebant munia, si quando feriabar, aut urbem ipsam perlustrabam, & est quidem situ, mœnibus, ædificiis, opibus, spectatu dignissima, aut ornatissimos cives quibus cum versabar de nobilitate civitatis, de legibus, de institutis disserentes non gravate audiebam. Cum aliquin amplissimum quoddam palatium ostentarent mihi, in quo celeberrimum Christianæ Ecclesiæ conventum olim

olim habitum prædicabant : Inceſſit cupido me non tam ipſius concilii locum, quam ejuſdem concilii acta ac decreta velle proſpicere. Cum a magiſtratibus illius urbis ejus rei copiam facile impetraſſem, inter pleraque certe inventa quæ me mirum in modum delectarunt diſceptationes quaſdam quæ inter Gallicos & Anglicos oratores magnis utrinque ſtudiis ac contentionibus tunc exarſit ſic libens legi, ut eam maxime dignam cenſuerim, cujus exemplum perfidos notarios ad verbum mihi deſcribendum impetravem, & eſt omnino ejuſmodi, ut non magis callide & acute alteri opponere atque objicere, quam alteri ſcite ac ſapienter reſpondere & objecta diluere videantur. Ex quo fit ut veluti armis & fide (abſit verbo invidia) natio Anglicana ſemper præſtitit Gallicæ, ita non dignitate, antiquitateve gentis, non magnitudine aut amplitudine terrarum, non poſtremo ingeniis aut doctiſſimis viris poſſit inferior judicari. Quæ cum ita eſſent patriæ ſtudium & charitas me impulit, eam ipſam controverſiam ac diſceptationem propria impenſa imprimendam curare : Tum ut rerum veritas (cujus indagatione nihil homini magis eſt proprium) evolet latius, & eluceſcat apertius. Tum ut ipſa patria (cui nihil optimus quiſque non debet) jura ſua, laudem, & gloriam legendi per me copiam magis ac magis in promptu habeat. Unde tum priſtina dignitate

nitate ac amplitudine ſua jure lætetur, quam ad hoc ipſum decus, quod a majoribus ſuis accepit obnixe tuendum, ac latius propagandum acrioribus indies ſtudiis accendatur. Tu vero lector candidiſſime, cui legendi hæc pronos facultas eſt promptior, quicquid munuſculi noſtri hoc ipſum eſt, queſo te facito boni. Vale.

Ad

Ad invincibilem Veritatem & Juſtitiam atque honorem Chriſtianiſſimæ Regiæ Majeſtatis Franciæ, *oſtendendo damnumque & intereſſe Eccleſiæ* Romanæ, *imo univerſalis ac totius Chriſtianitatis demonſtrando Oratores & Ambaſiatores Chriſtianiſſimi Regis* Francorum *dicunt & proponunt in hoc ſacro* Conſtantienſi *Concilio & totius Eccleſiæ facie quæ ſequuntur.*

IN primis, quod quum Chriſtianiſſimus Francorum Rex pro cunctis Regibus Chriſtianis ſpecialiter laboraverit pro unione Eccleſiæ antedictæ, Ambaſitores nihil unquam dixerunt, ſcripſerunt, aut perſecuti ſunt animo impediendi ſacram unionem Eccleſiæ, aut turbandi præſens Concilium, ſeu ipſum impediendi a rebus in eo gerendis circa ea pro quibus eſt principaliter congregatum, ſicuti falſe eis impoſitum eſt ab emulis. Nec animo injuriandi cuicunque, & ſpecialiter ſereniſſ. Regi Angliæ, aut regno

no ejus, vel Ambasitoribus suis: Sed solum pro tuitione juris Romanæ ac universalis Ecclesiæ, & honoris cæterorum Regum Christianitatis, ac præcipue dicti Domini Regis Francorum, & regni sui interesse diversis respectibus.

Item quod nunquam fuit intentio eorum dicere, quod dictus Rex Angliæ & regnum suum non faciant seu representent unam nationem, sicut quodlibet regnum facere possit, aut quod non habeant vocem magnæ notabilitatis ac auctoritatis; cum hoc etiam concedant de quolibet alio Rege, imo etiam de quibusdam particularibus nationibus non habentibus Regem appropriatum; sed fuit eorum intentio, quod a jure non habent, nec habere debent vel possunt talem nationem, quæ habeat vocem seu auctoritatem representativam quartæ aut quintæ partis Christianitatis, seu totius obedientiæ Romani Pontificis, & quo debeat aut possit de jure æquiparari voci seu auctoritati totius Italiæ, vel totius Hispaniæ, vel totius Galliæ, vel totius Germaniæ; quæ quatuor nationes principales multa regna & nationes particulares continent, quæ particularia regna dicto regno Angliæ merito possunt æquiparari: & quod ista fuit eorum intentio manifeste patet ex supplicatione

super

ſuper hac materia primo exhibita in natione Gallicana, cujus tenor ſequitur,

Supplicatur tribus inclytis nationibus Italiæ, Galliæ, & Germaniæ, quantum pro debito hujus ſacri concilii ordine diſponendo dignetur attente providere ſuper his quæ ſequuntur.

Benedictus XII. in extravaganti Vas electionis, ubi ordinat ſuper procurationibus prælatorum & taxationibus eorundem,& etiam de ſubſidio diſtinguit obedientiam Papalem in quatuor generales partes ſive nationes.

Prima pars in Franciæ, Navarræ, ac regnis ac terris provinciis ac partibus jacentibus, & in vicinis ejuſdem, nec non in Dalphinatum & Burgundiæ, Saubadiæ, Provinciæ, & Folciquern' comitibus.

Secunda pars in Alemaniæ, Angliæ, Hungariæ, Bohemiæ, Poloniæ, Norvegiæ, Datiæ, Suetiæ & Scotiæ regnis ac cæteris adjacentibus eiſdem provinciis & partibus.

Tertia pars in Caſtellæ, Legionis, Aragoniæ, & Portugaliæ, ac partibus adjacentibus & vicinis ejuſdem, excepto Sardiniæ, & Corſiræ regnis.

Quarta pars in Apuliæ, Calabriæ Terrelaboris, Siciliæ, Tuſciæ, Sardiniæ, Corſicæ

ficæ & terris aliis Italiæ partibus, nec non Sclavoniæ, Cypri, ac terris, regnis, insulis, aliis provinciis ac partibus omnibus ultramarinis & etiam transmarinis.

Ex quo jure patet quod si hoc generale concilium Constantiense rationaliter debeat dividi per nationes, convenientius dividitur per quatuor quam per plures, quia talis distinctio seu divisio est juri ac rationi conformis.

Secundo sequitur ex eodem, quod adveniente natione Hispanica ad hoc generale concilium, natio Anglicana debeat reduci ad nationem Alemaniæ, cujus ipsa est pars ita immediate conjuncta, ut patet ex jure prædicto.

Unde quod hæc natio Angliæ hucusque divisa fuit a natione Alamaniæ permissum fuit ut sic essent in hoc concilio quatuor nationes, & hoc ex certa & speciali causa quæ maxime cessabit adveniente natione Hispanica, sicut potest faciliter declarari ex his quæ alias scripta sunt, quando in principio hujus concilii actum fuit de distinctione nationum.

Tertio sequitur quod si adveniente natione Hispanica natio Anglicana remaneat quinta, eadem & potiori ratione aliæ tres nationes prædictæ debebunt proportionabiliter distingui in plures nationes dictæ

Angli-

Anglicanæ nationi equales, verbi gratia, regnum Franciæ quod eſt majus & notabilius, debebit facere plures nationes, & reliqua portio nationis Gallicanæ, quæ non ſubeſt regno Franciæ debebit facere aliam nationem. Nam hæ duæ nationes portionis Gallicanæ multo majores ſunt & nobiliores quam dicta natio Anglicana, & maxime regnum Franciæ quam regnum Angliæ, cum in Francia multo plures & notabiliores provinciæ ſunt, multo plures Eccleſiæ Epiſcopales, multo plures & notabiliores univerſitates ſtudiorum, quoniam attendenda ſunt in diſtinctione nationum, ut in eis ſit æqualitas & proportionalitas conveniens, & ut decent' fundat' auctoritas concilii generalis, deturque futuris conciliis forma & exemplum imitationis ex his quæ in præſenti fient concilio. Et quod hic exempli gratia dictum eſt de natione Gallicana, multo magis dicendum eſt de aliis nationibus, ut infra patebit.

Quarto adveniente natione Hiſpanica juxta unum ex capitulis tractatis in Narbone ſtatim fiet unio eorum ad nos pro faciendo unum univerſale concilium, ac per conſequens hoc facto ſicut illud erit, quaſi novum concilium & novit' ex eis & nobis integratum, ſic ad illius nationis honorem

norem debebit fieri novus ordo, seu ordinari novus procedendi modus, imo verius renovari mos antiquus in distinctione nationum observatus, & ut permittitur juri & rationi conformis. Pro declaratione vero & confirmatione præmissorum facit quod idem Benedictus XII. qui Burdegalensis fuit nationis, & per consequens favens Regi & regno Angliæ quum de terra ei subdita oriundus esset, volens tamen distinguere terras ac provincias subditas obedientiæ Romani Pontificis pro capitulis monachorum nigrorum provincialibus celebrandis in prima rubrica sui operis in fine ejusdem distinxit præfatas terras & regna. In triginta sex provincias ita dicens. Ut igitur de provinciis in quibus hujusmodi capitula fuerint celebranda distincta limitatio habeatur: Ne de ipsis in posterum hæsitetur; quamlibet provinciam prout sequitur deputamus.

Et consequenter in regno Franciæ & terris adjacentibus ponit sex provincias, videlicet primo Remensem & Senonensem pro una. Secundo Rhotomagensem & Thuronensem pro alia. Tertio Bituricensem & Burdegalensem cum Episcopatu Aniciensi pro alia. Quarto Narbonensem, Tholosensem, Ocenanensem pro alia. Deinde vero ponit Lugdunensem, Bisuntinam,

Etha-

Etharaſantiam pro alia, & conſequenter Viennenſem, Arelatenſem, Aquenſem & Embrudonnenſem pro alia.

In regno vero Angliæ ponit Cantuarienſem & Eboracenſem pro una provincia. Ex quibus patet quod nec juri nec rationi conſonum eſt, æquare ſeu æquiparare regnum Angliæ regno Franciæ in concilio generali; vel nationem Gallicanam generaliter ſumptam nationi Anglicanæ. Et multo minus nationem Italicam, Germanicam; vel Hiſpanicam. Quare enim abſurdum eſſet, dictam Anglicanam nationem fieri quintam partem ſeu nationem hujus concilii ſacri; quum ipſa ſecundum juris diſpoſitionem ſit, tricesima ſexta pars ſive provincia totius obedientiæ Romani Pontificis.

Præmiſſis itaque conſideratis ſupplicatur & requiritur, quod in hac materia præjudicatur altero trium modorum.

Primo, quod adveniente dicta natione Hiſpanica, ceſſet dicta natio Anglicana, a dicta natione Alamaniæ diviſa. Et fiat pars nationis Alamaniæ, ſeu Germanicæ, ut præmittitur.

Secundo, ſi hoc non placet, ſed omnino velit dicta natio Anglicana, a dicta natione Alamaniæ manere diviſa. Conſequens videtur, quod dictæ tres aliæ nationes diſtinguan-

ſtinguantur, ſingulæ in plures nationes particulares, dictæ nationi Anglicanæ proportionabiles, alioquin non eſſet juſta qualitas, nec æqua partitio nationum in hoc ſacro concilio, & videretur fieri injuria, & gravamen Chriſtianiſſimo Regi Franciæ & regno ſuo, ac toti nationi Gallicanæ, & multo magis nationi Italicæ, & Germanicæ, & inſuper nationi Hiſpanicæ, quum quælibet alia plura regna, & plures provincias contineat non minus notabiles quam regnum Angliæ, ut patet ex præallegatis.

Tertio, ſi dictæ nationes non vellent condeſcendere ad talem ſubdiſtinctionem, multiplicationem nationum, ſicut nec apparet expediens, videretur eſſe providendum, quod rediretur ad jus commune, & ad antiquum modum procedendi, & concludendi in conciliis generalibus, in quibus, non legitur facta fuiſſe talis nominationum diſtinctio.

Super præmiſſis igitur ſupplicatur, & requiritur hujus ſacri concilii declaratio, & determinatio, &c.

Item dicunt, & proponunt dicti Ambaſſatores præfati Regis Franciæ Chriſtianiſſimi, quod quum dicta ſupplicatio poterit declarationem concilii ſuper una disjunctiva, ſeu alternativa trium membrorum,

non

non excludendo ſimpliciter, quod Domini Anglici non deberent habere nationem, ſed moderando, ut prædictum eſt. Tamen ipſi hanc materiam impatienter audiverunt, & ita ſibi reputaverunt injurioſam, ut inde ex parte quorundam ipſorum ſequuta fuerint ſcandala, loco & tempore plenius explicanda.

Item dicti Ambaſitores Regis Franciæ occaſione præmiſſorum, & pro tuitione juris Eccleſiæ, ac Domini Regis Franciæ propoſuerunt facere certas proteſtationes, a quibus multum, ac ſæpe fuerunt impediti, ſeu retardati. Et ſpecialiter in quadam publica ſeſſione, prout patet per inſtrumentum publicum, dictas proteſtationes continens: Cujus proteſtationis effectus ſequitur, in hunc modum,

Quia adveniente inclita natione Hiſpanica ad hoc ſacrum concilium, & cum eo unita. Deinde concilium habet quatuor partes, in quas ſecundum obſervantias ſanctorum patrum tota Eccleſia dividitur, videlicet in nationem Italicam, Gallicanam, Hiſpanicam, ac Germanicam: Ut patet in extravaganti Benedicti XII. quæ incipit, Vas electionis. Et quia tali unione facta Domini, Ambaſitores ſereniſſimi Regis Angliæ nolunt reduci ad Germanicam nationem: Cujus membrum, &

portio fuit secundum antiquam observantiam sanctorum patrum, quia propter absentiam nationis Hispanicæ in concilio, sub obedientia Domini Johannis, olim Papæ vicesimi tertii, Congregatio fuit ex certa causa eis dissimulanter permissum quartam partem concilii facere. Sed iterum nunc ubi advenit natio Hispanica, accessan' evidenter, & notorie causa; Tamen voluerunt nationem facere, & quintam partem Christianitatis repræsentare, nedum in isto, sed etiam in quibuscunque aliis conciliis futuris, & ex hoc novum jus acquirere. Quod perpenditur ex hoc, quod cum natione Hispanica de pari contendunt, imo eam præcedere voluerunt, vel nationem Germanicam: Quod quidem nulli juri consonum videtur, videlicet quod unum regnum sicut est, Angliæ in concilio Christianitatis æquiparetur uni nationi majorem partem cleri & populi incomparabiliter continenti: Et insuper in magnum præjudicium, & gravamen totius Ecclesiæ militantis cæterorumque Regum, & Principum Christianitatis, quorum aliqui habent regna & Dominia excedentia regnum Angliæ in multitudine Ecclesiarum Archiepiscopalium, & Episcopalium cleri, & Universitatum, & præcipue in magnum præjudicium Christi-

Christianissimi Regis Francorum Domini nostri, & amplius esse posset in futurum diversimode ac diversis respectibus prout aliqua etiam sentiuntur maxime quum regnum ejus, & Dominium contineat undecim provincias centum & unius Ecclesiarum Cathedralium, & ultra. Et regnum Angliæ solum duas continet provincias: Et adhuc strictius esset loquendum secundum divisionem dicti Benedicti XII. qui distinguit certam obedientiam Romani Pontificis in xxxvi provincias. Quare absurdum videretur quod in concilio generali una istarum provinciarum inter quas Anglia solum pro una computatur, faceret quintam partem Ecclesiæ, respectu xxxv aliarum provinciarum. Quapropter nos antedicti Ambasitores Christianissimi Regis Francorum, hæc inconvenientia & præjudicia, & quædam alia suis locis exprimenda confiderantes, insuper quod hæc auctoritas nulli Regum Christianitatis conceditur, videlicet quod suum regnum habeat quintam vocem Christianitatis in generali concilio. Nec etiam Regi Romanorum, imo neque sacro Cardinalium collegio Romanam Ecclesiam representanti volunt permittere, quod faciant sextam vocem, neque de hac potestate Anglicis danda, seu concedenda

quicquam per ſacrum concilium generale decretum eſt; neque expediens videretur decerni, imo periculoſum eſſet, niſi conſentientibus cæteris Regibus Chriſtianitatis quorum intereſt, maxime quibuſdam eorum contradicentibus. Maxime etiam daretur occaſio, quod id ipſum cæteri Reges æquales, vel majores facere vellent, aut poſſent, quum non ſubſit ratio, quare minus illis, quam Regi Angliæ debeatur. Quod ſi fieret, ita non parvum unioni Eccleſiæ pararet impedimentum clare & evidenter; idcirco nos humiles Ambaſitores prædicti proteſtamur dicti Domini noſtri Regis nomine, pro ipſo ac etiam regno ſuo, & eis adhærere volentibus, quod ipſi Domini Anglici, ad dandam vocem in gerendis per hoc ſacrum concilium, tanquam natio quinta, ſeu faciens quartam, aut quintam partem generalis concilii, ab aliis diſtincta minime admittantur. Proteſtamur etiam in his ſcriptis ſæpe ſæpius, inſtanter & inſtantiſſime, quod cum illis geſta, diſpoſita, aut ordinata (tanquam cum quinta parte hujus concilii quantum concernent, vel concernere poſſent ſtatum regni noſtri, aut Eccleſiæ ejus quoviſmodo) nulla ſint, & irrita, niſi quantum, & in quibus Dominus noſter Rex certificatus, & prius informatus de

præ-

præsenti nostra protestatione voluerit, ubique videbitur expedire. Protestamur denique, quod si contra præmissa dictam quintam vocem de facto occuparent, sine speciali deliberatione, & concessione hujus concilii, & decreto, quod nec de præscripti, & in futurum jus aliquod, vel possessio juris acquiratur, aut quovismodo acquisita in futuris conciliis, alias ex nunc, prout ex tunc ex permissis, & resultantibus ex eis, & quodlibet eorum quod ad hoc sufficiat, quo supra nomine, & cujuslibet adhæren' seu adhærere volen' in his scriptis ad sacrum generale concilium, & Romanum Pontificem præsidentem canonice in eo appellamus, & Apostolos, si quis est, qui illos dare teneatur, debeat, & dare velit, petimus sæpe sæpius, & instanter cum suis clausulis, ac capitulis opportunis cum protestatione, quod hanc suam appellationem, provocationem, seu protestationem, & contenta in eis conjunctim, & divisim ipsi Ambasitores seu procuratores, quo supra nomine adhærentiumque, & adhærere volen' in hoc sacro concilio quatenus derogare. Et de &c. conjunctim & divisim persequi possint, & valeant per viam simplicis querelæ, appellationis, seu provocationis ad causam attentatorum, possessorum, injuriarum, & alio meliori jure

modo & forma quibus libebit, & poterunt, & tempore opportuno, & quo audientiam ſecundum materiam adjacentem habere valebunt, ſeu quilibet ipſorum habere poterit, & valebit, & cum proteſtatione addendi, & diminuendi, & alias prout de jure, &c. Et inſuper proteſtamur, quod per præmiſſa non intendimus actis in hoc ſacro concilio aliquatenus derogare. Et de omnibus præmiſſis per nos Ambaſitores prædictos, hic expreſſe petimus a vobis notariis publicis, ac quolibet veſtrum unum, vel plura inſtrumenta ad perpetuam rei memoriam. Item omnia & ſingula proteſtamur, & volumus habere pro repetitis ſine nova proteſtatione in omnibus & ſingulis actibus in quibus dicti Domini Anglici, aut ejus adhæren' ſeu favorem dantes, vellent facere quintam partem, ſeu vocem hujus ſacri concilii.

Item dicunt ac præponunt, quod occaſione dictarum proteſtationum ab emulis, ac inimicis curioſe hoc procuran' in præſenti concilio, fuerunt multipliciter lacerati & notati, quaſi eſſent impeditores unionis Eccleſiæ, aut turbatores hujus ſacri concilii in grave præjudicium ac dedecus Chriſtianiſſimi Regis Francorum, cujus in hoc ſacro concilio præſentiam repræſentant. Ideo poſt regreſſum Domini

ni Imperatoris ſuæ Regiæ Majeſtati exhibuerunt ſe eſſe paratos ad purgandum hanc maculam, atque infamiam ſibi falſe impoſitam, & ad hunc effectum ſibi exhibuerunt ſchedulam, cujus tenor hic ſequitur,

Ad finem quod ſacrum concilium, cum Domino Imperatore melius intendere valeat, ad illa tria propter quæ principaliter eſt congregatum, videlicet ad extirpationem errorum, ad finem unionis, & reſtaurationis Eccleſiæ expedire videntur, quæ ſequuntur.

Primo, quod contentiones, & diſcordiæ in dicto concilio exortæ amicabiliter ſopiantur, ne præſtent impedimentum ad præmiſſa.

Item quod hujuſmodi contentiones, quantum ad perſonales injurias, quæ in Eccleſiaſticorum animis, minime permanere debent, penitus omittantur, & fiat omnium unanimis pax & concordia ad inſtantiam Domini Imperatoris, exemplo ſui prædeceſſoris Conſtantini.

Item quod contentiones, ſeu querelæ ſuper honoribus, dignitatibus, privilegiis, vel auctoritatibus Regum, & principum, ac nationum, ſeu numero & ordine eorundem, quas pro nunc per viam diſcuſſien' terminare longum eſſet, & præſtare

ſtare poſſet actionem ſcandalorum, quæ etiam Ambaſitores dictorum Principum omnino diſſimulare cum ſua fidelitate nequeunt, videretur ſtatuendum eſſe pro hujuſmodi jura ſua, & allegationes tradant in ſcriptis, & exhibeant in una ſeſſione, & remaneant in manu concilii ſub ſigillo, reſerventurque ſummo futuro Pontif. diſcutiendæ. Ita tamen quod per acta, ſeu geſta, agenda ſeu gerenda in hoc ſacro concilio, nullum jus, ſeu poſſeſſio in præjudicium talium cauſarum alteri parti acquiratur, non derogando alias dictis, & decretis in hoc ſacro concilio, imo potius confirmando.

Item quod ſedatis hujuſmodi diſcordiis intendat' diligent' ad ea quæ jam audita ſunt per Dominos deputatos ſuper reformatione Eccleſiæ, & omittantur particularia, uſquequo de generali reformatione fuerit tractatum; ne ex particularibus cauſis novæ diſcordiæ, & contentiones oriantur. Ratio hujus ultimi articuli eſt, quia non minus videtur dictas eas particulares, pro quiete & pace hujus concilii relinquere diſcuſſioni futuri S.P. quam permiſſas contentiones ſeu querelas.

Item dicunt & proponunt dicti Ambaſitores Regis Franciæ, quod quanto humiliùs in præmiſſis exhibuerint ſe, tanto quo-

rundam

rundam adverſariorum ſuorum ſuperbia aſcendit, ſemper prout parati fuerunt in ſeſſione publica declarare, & ad hoc inſtanter ſæpe & ſæpius petierunt audientiam, quam obtinere nequiverunt.

Ideo ego Jo. Campan' dicti Chriſtianiſſ. Francorum Regis procurator, & procuratorio nomine dico, propono, & proteſtor cum dictis Ambaſitoribus ut ſupra, provocoque, & appello prout infra continetur.

Non nunquam evenit, ut quæ pro publica utilitate facta creduntur, experientia monſtrante tendere reperiuntur ad noxam, ſic evenit in præſenti ſacro Conſtan' concilio, in cujus initio cum ad illius diſſolutionem per quoſdam diverſis modis tendebatur, unde ſpes unionis & reformationis Eccleſiæ penit' evacuata, Zelatores unionis & reformationis Eccleſiæ, prælati, & aliæ perſonæ in eodem concilio exiſtentes ex certis cauſis, tunc utilibus & exiſtentibus, & nunc ceſſantibus, & obviandum præmiſſæ diſſolutioni ſe per nationes congregaverint, & ſeperatim de rebus in conciliis gerendis deliberaverunt per nationes, ita quod illi de Italia ſeorſim, illi de Gallia ſeorſim pro ſe, illi de Germania pro ſe, illi de Anglia pro ſe congregati acceperunt ſibi nomina nationum.

num. Nullo tamen decreto concilii, nullaq; ordinatione intervenientibus quæ res in tantum paulatim irrepsit, ut Domini de natione Angliæ prætenderunt facere quintam partem ejusdem concilii generalis. Et nunc post adventum Dominorum de natione Hispaniæ prætendunt quintam facere partem. Unde ego Jo. Campan' magister in artibus, & licentiatus in decretis procurator, &c procuratorio nomine Christianissimi principis, & Domini D. Caroli Francorum Regis, nec non nomine omnium Regum & principum, nationum, prælatorum, universitatum ac omnium, & singulorum mihi insequen' adhærere volentium, & hoc ratum habere volen' ad honorem, atque justitiam, atque utilitatem universalis Ecclesiæ & hujus sacri concilii, nec non specialiter pro jure, honore, & interesse dicti Christianiss. Francorum Regis & regni sui, dico & propono, & protestor coram hoc sacro concilio, & totius Ecclesiæ conspectu & præsentia, quod licet tres nationes, videlicet Italiæ, Galliæ, & Germaniæ, & quælibet illarum sunt amplissimæ nationes, & multas quælibet illarum continet regiones & provincias, tam Ecclesiasticas quam vulgares, & natio Anglicana unum solum regnum contineat, in quo non sunt nisi

niſi duæ Eccleſiaſticæ provinciæ, multoque & ſine comparatione minor, quam aliqua ex cæteris nationibus, cum in illa ſint ſolum duæ provinciæ ut eſt dictum, Eboracen', quæ tres ſolum habeat ſuffraganeos Archiepiſcopo Eboracen' ſaltem Regi Angliæ obedientes, reliqui ſunt de regno Scotiæ non ſubditi ſereniſſ. Regi Angliæ, neque ſibi obedien', & quæ non ſunt nec eſſe vellent de natione Anglicana: Et provincia Cantuarien', cujus magna pars eſt Walliæ, quæ etiam D. Regi Angliæ non obedit, neque prælati & clerus illarum partium ſunt, neque eſſe volunt de natione Anglicana, ut apparet in hoc ſacro concilio. Natio autem Germaniæ habet primo regnum Alemaniæ, & provincias in Germania conſtitutas in quadruplo majores quam totum regnum Angliæ. Et notorium eſt, habet enim provincias xv & dioceſes ultra numerum cxxviij Eccleſias atque monaſteria in maximo numero: Habet ultra præmiſſas provincias, Lithuaniam cujus legati fuerunt hic. Item Roſtiam & alias provincias plures ſeptentrionales in quibus creduntur eſſe xxx Dioceſes: Ita quod illa natio ſicut in præſenti concilio congregato habet longe ſine comparatione decies in gremio Eccleſiæ quam regnum Angliæ. Italia

vero

vero & natio Italiæ adhuc juncto regno Angliæ nationi Germaniæ ſicut eſt pars illius, in magnificentia regnorum, & pluralitate Dominorum magnorum & provinciarum Eccleſiaſticarum, & dioces', & Eccleſiaſticorum adhuc longe excedit Germanicam nationem, prout certum eſt. Et breviter, apud nationem Italicam reſidet caput orbis urbs Rom. & ſine Græcia habet provincias xxvij & Dioceſes cccxiij, habet inſuper inſulas magnas plures habentes Eccleſias, & loca Eccleſiaſtica. De natione vero Gallicana cujus portio regnum Franciæ eſt, potior & principalis in quo ultra plures Ducatus, ſunt iv aut v Comitatus ſpatioſiores in terraneam latitudinem civitatibus caſtris & villis clauſtris. Et quilibet ipſorum regno Angliæ ſine aliis habet xj provincias, & cj Dioceſes latas & ſpatioſas. Tota vero Anglia non habet niſi duas provincias, & xxv Dioceſes, ut eſt dictum; eam extollere ulterius non intendo, quia res ipſa ſeipſam diverſimode magnificat & extollit, & extra regnum Franciæ habet Provinciam Provinciæ, in qua ſunt duæ provinciæ Eccleſiaſticæ, & xvij Eccleſiæ Cathedrales, & totidem Dioceſes habet Dolphinatum, in quo ſunt duæ Provinciæ Eccleſiaſticæ & quatuor Dioceſes;

habet

habet totam Lothoringiam in qua ſunt tres magnæ Dioceſes. Et breviter a mari oceano, uſque ad mare mediterraneum & Hiſpanicum, a montibus Pireneis, uſque ad Alpes, & uſque ad Rhenum Galliæ limitantur; quot & quantæ civitates, cleri & populus, in illo ſituentur, ſpatio ſcitur, quæ ultra decies regnum excedit in ſpatioſitate, civitatum & dioceſium numero, & aliis quibuſcunque. Natio autem Hiſpanica, quæ quatuor, imo quinque habet regna computando regnum Majoricarum, imo octo computando Legionem, Valentiam, & Alguerbiam, de quibus duo aut majora, aut ſaltem non minora toti regno Angliæ. In qua natione ſunt provinciæ Eccleſiaſticæ ſex, & Dioceſes quinquaginta ſex. Et inſuper Sclavonia habens unam ampliſſimam provinciam, ccxi Dioces'. Eſt inſuper Scothia, quæ habet ix Dioceſes. Eſt inſuper Hibernia quæ habet xlviii Dioceſes, quarum duæ tantum obediunt Regi Angliæ, ſine aliis terris, regnis, ac dominiis, quæ hic non deſcribuntur, obedientes Romanæ Eccleſiæ, habentes Dioceſes ultra numerum viginti. Et inſuper in præſenti concilio ſacrum D. Cardinalium collegium, in quo ſunt xxii Cardinales, qui Romanam Eccleſiam repræſentant, quæ omnium Eccleſiarum mater.

ter, & qui merito debent in concilio generali vocem & auctoritatem habere, de quibus ſunt quatuor Epiſcopi, xij Preſbyteri, & ſex Diaconi, omnes magni prælati, & pro majori parte unâ cum dignitate ſolennes Doctores, quos aliqui D. Anglici niſi ſunt ab auctoritate in concilio repellere, & ſeipſos qui non fuerunt, nec ſunt tot, nec dignitate, nec numero, nec merito, conſtituere quartam partem, aut quintam concilii generalis, quibus omnibus ſimul collectis apparet, quod in obedientia Romanæ Eccleſiæ ſunt lxx. xxxv. Epiſcopi, & Cardinales hodie xxij. qui bene equivalent xxij. Epiſcopi de quibus in Anglia non ſunt niſi xxv. præter provincias, de quibus notitiam non habeo. Ex quibus apparet manifeſte quod regnum Angliæ, & maxime quantum ad ſtatum Eccleſiaſticum, nec alias, facit triceſimam partem Chriſtianitatis, & Eccleſiæ univerſalis ſub obedientia Romanæ Eccleſiæ exiſtentes, neque facit quartam partem regni Franciæ. Et licet præmiſſa notoria ſunt & vera, cum tamen in iſto ſacro concilio per diſtinctas nationes eſt expreſſum, ut præfertur, Prælati & alii viri Eccleſiaſtici de regno Angliæ prædicto, & qui pauci numero erant, & in perſonis in concilio generali vocem habentibus numerum

Legendum puto. Dcxxxv.

merum xij. non excedebant, nec forte de præſenti numerum xxiv. excedunt ſe, pro ſe & ſeorſim ab aliis quibuſcunque ſeparaverunt ſibi, & conſtituerunt nominationem unam & vocaverunt ſe, & vocari fecerunt, & faciunt nationem Angliæ. Et licet uſque adventum Dominorum de natione Hiſpanica totum concilium præter Anglicos eſſet, in tres partes, & tres nationes, Italicam, Gallicam, & Germanicam diſtinctum, quæ tantæ & tam amplæ ſunt, ut præfertur, dicti tamen Domini de regno Angliæ, de facto ſe conſtituerunt quartam nationem, & niſi ſunt, & innituntur gerere vocem & auctoritatem quartæ. Et poſt adventum nationis Hiſpanicæ quintam partem hujus ſacri concilii, & per conſequens univerſalis Eccleſiæ quæ in hoc ſacro concilio repræſentatur, & non ſolum facere nationem, ſed ſe & nationem Angliæ æquare & æquiparare cuilibet nationum aliarum, ſcilicet, Italiæ, Galliæ, Germaniæ, & Hiſpaniæ; & quod nunquam abſurdum, & contra rerum naturam eſt. Vertitur in magnum præjudicium, diminutionem juris, & honoris nationum, regnorum, ducatuum, provinciarum & aliarum partium prædictarum. Imo totius univerſalis Eccleſiæ, vergitque in gravamen, præjudicium,

damnum & diminutionem juris, & honoris Christianissimi Regis, & amplissimi regni Francorum, atque Ecclesiarum locorum, & personarum Ecclesiasticarum principum, nobilium, & populorum regni sui. Estque diversis respectibus magnum interesse, loco & tempore opportunis latius declarandum & specificandum. Cum enim minor majori comparatur, ut ait Hieronymus, minoris comparatio majoris injuria est, neque patitur justitia, ratio non sustinet, intellectus non capit, quod ita exigua terrarum portio Christianitatis & universalis Ecclesiæ, qualis est regnum Angliæ, exiguam dico in comparatione aliarum nationum, in conciliis generalibus & rebus Ecclesiasticis gerendis & moderandis alicui alteri nationum prædictarum, quæ ut dictum est, tantum excedunt, comparetur. Nullus profecto sanæ mentis hoc diceret, quinimo quisque luculentissime cognosceret & judicaret. Præterea cum sancti patres nostri & summi Pontifices aliqua statuerunt, in quibus fuit opus distinguere nationes & omnes terras sub obedientia Romanæ Ecclesiæ existentes dividere, totam Ecclesiæ Romanæ obedientiam diviserunt in quatuor partes, inter quas regnum Angliæ nulla est illarum partium, sed solum est pars unius illarum

quatuor

quatuor partium,& ponitur cum Germania conſtituta, ut apparet in extravaganti felicis recordationis Domini Benedicti Papæ duodecimi, quæ incipit, Vas electionis. Denique ſummus Pontifex in ſtatutis ſuis pro reformatione ordinum regularium tractans de generalibus capitulis illorum ordinum celebrandis, quæ materia exactiorem diviſiorem provinciarum exigebat, totam Romanæ Eccleſiæ obedientiam diviſit in triginta ſex partes, quas vocavit provincias: Ex quibus triginta ſex provinciis Angliam totam & Scotiam unam conſtituit: Ex quibus evidenter apparet regnum Angliæ, nedum non facere neque dicere aut poſſe facere quartam partem univerſalis Eccleſiæ & concilii generalis, ſed nec triceſimam ſextam, imo neque quadrageſimam, cum illa duo regna Angliæ & Scotiæ non faciunt niſi unam partem de triginta ſex partibus, & adhuc de Anglia abeſt tota Wallia, quæ magna ejus pars eſt. Nec in Hibernia quæ eſt pars inſulæ Angliæ, tenet niſi duas Dioceſes, nec reſiduum cognoſcit eum in Dominum. Ne igitur tanta difformitas, tamque iniqua abſurditas in Dei Eccleſia, & generalibus conciliis introducatur & invaleſcat, & ne per hoc cæteris nationibus Regniſque & Regibus, & maxime Chriſtia-

nissimo & serenissimo Regi Francorum & regno suo prædicto, pro quibus specialiter ago, tantum gravamen damnum præjudicium & injuriam inferant. Ego procurator prædictus, tam vigore mandati Regis, quam etiam de mandato legatorum & nunciorum ejusdem serenissimi Regis Franciæ, in hoc eodem sacro concilio pro eodem Domino Rege præsentium, communicato etiam concilio, cum quibusdam aliis notabilibus, prælatis fidelibus & benevolis ejusdem Regis & regni, protestor & dico regnum Angliæ, neque prælatos aut personas quascunque illius regni, sive pro serenissimo Rege ejusdem, sicut alias in præsenti eodem sacro concilio, neque aliis futuris conciliis nullo modo posse, nec debere, aut licere, illisque jus non esse, debuisse, potuisse, licuisse, jusque non fuisse, facere seu gerere nunc dictas nationes Italiæ, Galliæ, Germaniæ & Hispaniæ ad instar illarum, aut alterius earundem quartam, neque quintam nationem, neque etiam quartam aut quintam, imo neque triceſimam partem sacri concilii præsentis, vel alterius futuri concilii generalis, neque gerere vel habere vocem, vel auctoritatem quartæ aut quintæ, imo neque triceſimæ partis concilii generalis, vel universalis Ecclesiæ in concilio generali

repræ-

repræsentare, neque ipsos ad hoc debuisse aut debere admitti, dicens etiam & protestans, quod si regnum Angliæ faceret aliquam quotam partem concilii generalis, Regnum Franciæ deberet & posset facere & repræsentare, & ad hoc admitti sex, imo plures tales quotas, & portiones, quales regnum Angliæ faceret, aut repræsentaret, attentis numero & quantitate Provinciarum, Diocesium, monasteriorum & locorum Ecclesiasticorum, qui & quæ sunt in utroque regno, attentis notabilitate, & excellentia dicti regni Franciæ, ac diuturnitate temporis, a quo recepit fidem Christi, a quo nunquam deviavit in comparatione regni Angliæ. Dico insuper & protestor, quod cum omnes prælati regni Angliæ, qui sunt in præsenti concilio, maxime omnes Episcopi dicant, & dicunt se Ambasitores, seu legatos sereniſſimi Angliæ Regis; & pro talibus gerunt se in omnibus locis & sedibus, tam in generali sessione, quam in omnibus congregationibus, quæ fiunt propter agenda in concilio generali, non debent habere vocem, neque auctoritatem nisi nomine dicti Regis. Quod absurdum est, & inconveniens Legatos, vel Ambasitores ejusdem Regis repræsentare quartam, vel quintam partem concilii ge-

neralis vel universalis Ecclesiæ. Quare protestor & dico illis jus non esse, neque licere talem partem concilii repræsentare, nec illos ad hoc debuisse aut debere admitti, alioquin Legati & Ambasitores Christianissimi Regis Francorum debent ac possunt, & eis licet repræsentare sex tales portiones vel partes, quot & quales legati Regis Angliæ, & ad hoc debent admitti, præmissaque notoria sunt, & vera nullaque possunt tergiversatione celari. Quod ita fieri peto & requiro, & alias super hoc de juris remedio provideri. Et quia præfati prælati & aliæ personæ regni Angliæ, præsentes, & qui fuerunt in isto concilio, nisi sunt & nituntur fecisse & facere, ac repræsentare unam nationem, quam volunt & voluernnt dici, & dixerunt & dicunt quintam nationem concilii generalis & universalis Ecclesiæ, atque nisi sunt & nituntur facere & repræsentare quartam, & post adventum Dictorum Hispanorum quintam partem concilii generalis & universalis Ecclesiæ; atque talis quartæ, & postea quintæ partis vicem & auctoritatem habere, & illa uti & conantur ad se jactaverunt omnia & singula præmissa, quantum in eis est trahere, in consequentiam, in futurum, quod cedere nescitur in præjudicium, ac dedicus

generalis

generalis concilii, & præſentis, & futurorum ac univerſalis Eccleſiæ, necnon omnium & ſingulorum, aliarum nationum & aliorum Regum & regnorum & provinciarum, & præſertim in gravamen, damnum & præjudicium, atque gravamen & injuriam Sereniſſ. Regis Francorum & ſui regni atque Eccleſiarum ejuſdem. Idcirco ejus procurator prædictus, pro & nomine dicti ſereniſſ. Francorum Regis & ſui regni atque omnium prædictorum mihi in his adhærentium & adhærere volentium, prædictos omnes & ſingulos prælatos & alios de regno Angliæ in præſenti ſacro concilio exiſtentes & futuris, & qui pro natione Angliæ gerunt ſuper præmiſſis ad judicium hujus ſacri concilii, illis tamen excluſis, ſeu ſummi Pontificis pro tempore, & ſedis Apoſtolicæ communiter vel diviſim ad cauſam provoco & appello, & quatenus opus eſt, Apoſtolis inſtanter inſtantius inſtantiſſime peto ab his ad quos pertinet mihi dari: Et proteſtor quod hanc meam provocationem & appellationem ad cauſam poſſim pro dicto Domino Francorum Rege ac ſibi adhærere volentibus, & mihi liceat proſequi, & agere in præſenti concilio, vel coram futuro ſummo Pontifice, aut futuris ſummis Pontificibus, vel ad ſedem Apoſtolicam conjunctim vel diviſim,

visim, ubi & quando mihi, aut dicto sereniſſimo Francorum Regi, vel ſuis melius videbitur expedire.

Proteſtor tamen quod per hanc proteſtationem provocationem ſeu appellationem, non intendo, aliquatenus geſtis in hoc ſacro concilio derogare. Proteſtor inſuper de addendo, diminuendo, declarando, corrigendo & interpretando ac emendendo in omnibus & ſingulis præmiſſorum, & de probando de præmiſſis quæ mihi ad intentum ſufficient, ad probationem ſuperfluam nullatenus me aſtrigor.

Et de omnibus iſtis a reverendis patribus Dominis ſanctæ ſedis Apoſtolicæ protonotariis, ac omnibus aliis notariis publicis peto mihi fieri inſtrumentum vel inſtrumenta publicum vel publica, ad futuram rei memoriam.

Verba Oratoris Anglorum.

Ut inſuperabilis veritas & juſtitia eo validius & ſecurius probare perſiſtant, quo ferventius adverſantium inſultus fictionum, præſertim inimicorum præſidiis rationis inſtantia devictorum impugnatæ fuerint. Nos Ambaſitores & Oratores Chriſtianiſſimi Henrici Dei gratia Angliæ & Franciæ Regis, ad honorem & profectum hujus ſacri concilii generalis elucidationemque veritatis occultæ & diſſimulatæ diutius

diutius ad nuper per quosdam adversarios objecta, dicimus & proponimus in hac sacra Constan' Synodo & totius Ecclesiæ conspectu, quæ sequuntur.

In primis, protestamur publice in his scriptis, quod non fuit, est, nec erit intentionis nostræ quicquam dicere seu proponere in præjudicium determinatorum in hac sacra Synodo, sicuti nec fecimus nec faciemus in futurum, nec dicimus aut proponimus infra scripta animo vel intentione litem contestandi judicium aut jus Christianissimi dicti Domini nostri Regis, sive nationis inclitæ Anglicorum alias Britannicæ in forum contentiosum aut litem deducere ullatenus intendimus, sed contradicimus & reclamamus publice & expresse ex causis ad hoc nos moventibus infra scriptis & aliis pro tempore declarandis. Et præsertim ne hoc jus hujus inclitæ nationis, quod est tam super titulo quam super possessione vel quasi notorium toti mundo, & præsertim universali Ecclesiæ in hoc sacro concilio repræsentante congregatæ revoceretur in dubium, & maxime ad instantiam quorundam, qui nullum quomodolibet exquisitum possunt prætendere interesse, sed solum & duntaxat pro ostensione veritatis juris & justitiæ universalis Ecclesiæ & cæterorum

Regum,

Regum, regnorum ac nationum, & præsertim dicti Christianiss. Angliæ & Franciæ Regis, nationisque inclitæ Anglicanæ alias Britannicæ, ut scribentibus ex adverso satisfiat: Ne tot ac tantis flatibus veritas velata ipsa declinet, tamque ac tam injusta materia intacta remaneat, neve responsionis penuria silere credamur, & exinde in auditorum seu lectorum animis quisque credulitatis scrupulus relinquatur, aliquid saltem in hac parte dicere necessitas jam impellit.

Certissimum enim est, quod licet nonnulli Oratores, Ambasitores & adversarii Franciæ se dicentes, & præsertim unus ex eis cum suis adhærentibus plures dissentionum divisionumque materias concilio generali nocivas & turbativas nationibus in plena concordia persistentibus in eodem, & præsertim contra indubitatam nationem inclitam Anglicanam, alias Britannicam, inter cætera per suum tractatum de Ecclesiastica potestate intitulatum in præsenti Synodo suscitavit. Nos tamen Ambasitores & Oratores dicti Christianissimi Angliæ & Franciæ Regis, quanquam ex præmissis & eorum quolibet nostrum Regem antedictum & regnum suum Angliæ, cæteraque nonnulla sua Dominia, ac nos eorum nomine, nec non nationem

tionem inclitam Anglicanam prædictam, alias Britannicam, non modicum injuriata ſenſerimus & gravata. Nihilominus pro bono unionis in proximum, dante Domino, exequendæ has & alias multiplicatas injurias ſuſtinuimus patienter huc uſque, ſperantes quod quum ad cor reverſi fuiſſent, licet non noſtræ unionis, tamen univerſalis Eccleſiæ intuitu deſtitiſſent ab inceptis. Sed jam excumulatis gravaminibus novis & injuriis didicimus ab experto, quod abſque gravi Dei offenſa ac univerſalis Eccleſiæ unioniſque periculo præmiſſa, tam graviſſima Deoque ac toti mundo notorie contraria ſub ſilentio diſſimulare prolixius ſeu præterire non poſſumus, quin ſub debita reverentia hujus ſancti generalis concilii veritatem pro oſtenſione juſtitiæ dicere cogamur, ne conſentire videamur errantibus, dum ad reſeranda quæ corrigi debent, non currimus. Quia error, cui non reſiſtitur, approbatur, & veritas opprimitur, quum minime defenſatur.

Quanquam enim divinitus ſancitum ſit, ne ſacerdotes Domini in ſacra Synodo indiſcretis vocibus perſtrepere audeant, aut quibuſlibet tumultibus perturbare obſtinatiſve diſceptationibus tumultuoſas effundere voces. Et, ut ait Apoſtolus, ſi quis

ſe

se putat religiosum esse, & non refrenat linguam, sed seducit cor suum, hujus vana est religio. Cultum enim suum justitia perdit, quando silentia judicii obstrepentium turbo confundit. Dicente Propheta, erit cultus justitiæ silentium. Quodque, licet pro bono unionis & honore sancti concilii generalis deliberatum fuerat in nationibus & concluſum & observatum in concilio pro lege diutius quod in sessionibus sacræ Synodi, nihil penitus proponeretur aut diceretur, nisi prius in nationibus fuerit concordatum: Dicti tamen prætensi Ambasitores adversarii his non obstantibus, sed præter & contra præmissa in concilio iij. Die mensis Martii jam instantis nisi sunt proponere & publicare quasdam materias, de quibus supra & infra fit mentio, & prout in eisdem per ipsos præpositis liquet evidenter.

Inter cætera vero dicunt quod licet, Rex Angliæ & regnum suum unam nationem repræsentare valeat, sicuti quædam nationes particulares etiam Regem appropriatum non habentes: Attamen de jure non habent, nec habere debent vel possunt, Rex Angliæ & regnum suum repræsentare vocem seu auctoritatem repræsentantis quartæ aut quintæ partis Christiani-

ſtianitatis, ſeu totius obedientiæ Romani Pontif. quæ debeat aut poſſit de jure æquiparari in conciliis generalibus voci ſeu auctoritati totius Galliæ, vel totius Italiæ, vel totius Hiſpaniæ, vel totius Germaniæ, quæ ſunt quatuor nationes principales & ad præmiſſa fundandum inter cætera tres cauſas, imo verius occaſiones allegant principales.

Primo quod Benedictus XII. in extravaganti vas electionis, ubi ordinat ſuper procurationibus Prælatorum, &c. diſtinguit obedientiam Romani Pontif. aut papalem, in quatuor generales partes ſive nationes, videlicet in Franciam, &c. Alemaniam, &c. Caſtellam, &c. Italiam, &c. Et in ſecunda parte ſub natione Alemaniæ Anglia poſita eſt, & Anglia ſic non ſit natio ſaltem aut quartam aut quintam partem obedien' Romani Pont. repræſentans cum ſit pars Germaniæ, &c.

Secundo dicunt & allegant, quod pro confirmatione & declaratione præmiſſarum facit quod Benedictus XII. qui Burdegalen' fuit nationis, & per conſequens Regi & regno Angliæ favens cum de terra eis ſubdita oriundus eſſet. Volens diſtinguere terras & provincias ſubditas obedientiæ Romani Pont. pro capitulis Monachorum nigrorum celebrandis in prima

prima rubrica ſui operis in fine diſtinxit præfatas terras & regna in xxxvj provincias, &c. Ubi in regno Angliæ ponit Cantuarienſem & Eboracenſem pro una provincia, & ſic cum ſit xxxvj pars obedien' Papalis, ut dicunt, & non tanta, non debet natio Anglicana quartam vel quintam partem repræſentare in concilio generali.

Tertio vero dicunt, quod nec fieri nec rationi conſonum eſt, æquare ſeu æquiparare regnum Angliæ regno Franciæ in concilio generali vel nationem Gallicanam generaliter ſumptam nationi Anglicanæ, attentis numero & quantitate provinciarum, dioceſium, monaſteriorum & locorum Eccleſiaſticorum regni Franciæ, cum habeat undecim provincias, cj Dioceſes latas & ſpatioſas, & Anglia habeat tantum duas provincias, attenta etiam nobilitate & excellentia dicti regni Franciæ ac diuturnitate temporis a quo recepit fidem Chriſti, a quo non deviavit in comparatione regni Angliæ.

Attentis etiam, quod in regno Franciæ ultra plures ducatus, ſunt quatuor comitatus ſpatioſiores in terrarum latitudine, civitatibus, caſtris & villis clauſis, & quilibet ipſorum regno Angliæ. Ideo abſurdum & irrationable eſt, ut dicunt, quod natio Anglicana repræſentaret quartam

vel

vel quintam partem concilii generalis, regnum Franciæ deberet repræsentare sex, imo plures tales quotas & portiones quales regnum Angliæ faceret aut repræsentaret attentis supradictis. Ideo ex parte eorum supplicata & requisita fuerunt infra scripta.

Primo, quod adveniente natione Hispanica cessaret dicta quinta natio Anglicana & fieret pars nationis Alemaniæ, sicut est, & ei immediate conjuncta, ut patet ex jure prædicto Extravaganti, vas electionis. Unde quod hæc natio Angliæ hucusque divisa fuit a natione Alemaniæ, permissum fuit, &c. & hoc est ex certa & speciali causa dissimulante, quæ cessabit adveniente natione Hipanica.

Secundo, si hoc non placet, sed vult divisa manere ab Alemania; consequens videtur quod aliæ nationes in plures distinguantur nationes: nationi Anglicanæ proportionales alioquin non esset justa æqualitas; & videtur fieri injuria & gravamen Regi Franciæ ac regno suo, ac toti nationi Gallicanæ, & multo magis aliis nationibus, ut patet ex præallegatis.

Tertio, si dictæ nationes nollent condescendere ad talem multiplicationem nationum, sicut nec apparet esse providendum, expediens videretur quod redirent

ad

ad jus commune & antiquum modum procedendi in conciliis generalibus, in quibus non legitur fuisse, ut asserunt, talis distinctio nationum circa quæ minus bene proposita jurique rationi & veritati contraria diversas fecerunt protestationes, supplicationes, requisitiones provocatorum & appellationes frivolas & ineptas, prout infra dicendum declarabitur manifeste.

Ad primum vero, salus semper & hic repetita protestatione præmissa respondetur, quod eorum sic scribentium gratia semper salva mirandum est, qua fronte seu spiritu in facie universalis Ecclesiæ tam literati viri & sacerdotes præsertim præsumere audeant, tam manifeste & erronie ad sensumque distortum dictam extravagantem reducere, cum in nullo ad finem facit, quem intendunt per ipsos recitatum: quod clare liquet ex ipsius extravagante: causa triplici, materiali, formali videlicet & finali. Causa materialis illius est, quod visitantes jure ordinario in Franciæ Navarræ & Majoricarum regnis ac terris adjacentibus provinciis & partibus vicinis eisdem, &c. tantum nomine procurationum recipiant. In Alemaniæ quoque, Angliæ, Hungariæ, Bohemiæ, Poloniæ, Norvegiæ, Scotiæ, Datiæ,

tiæ, & Suetiæ regnis ac terris provinciis & partibus eis adjacentibus tantum recipiant, plus tamen quam in regno Franciæ visitan', &c. In Castellæ quoque Legionis Arragoniæ & Portugaliæ partibus adjacentibus & vicinis tantam recipiant, &c. In Apuliæ vero, Calabriæ, Terræ-laboris, Siciliæ, Lombardiæ, Tusciæ, Sardiniæ, Corsiræ, & cæteris regnis, & aliis Italicis partibus, nec non Slavoniæ, Achaiæ, Cipri, & cæteris regnis insulis, aliis provinciis & partibus omnibus ultra marinis tantum recipiant, &c. Ex qua causa materiali patet quod Papa non intendebat in illa Extravaganti distinguere nationes, quia posuit primo. sive in prima parte regna Navarræ & Majoricarum comitatumque Russilionis & alias terras quæ notoriæ fuerunt & sunt, in & de alma natione Hispanica, & nullatenus in. nec de natione Gallicana dicta, licet in prima parte dictæ Extravagantis post regnum Franciæ immediate dicta regna Navarræ & Majoricarum, &c. ponantur, pari modo sic in secunda parte dictæ extravagantis, licet regnum Angliæ scriptum sit immediate post Alemaniam, tamen in de & sub natione Alemaniæ per dictam Extravagantem ejusve causam materialiter legislator non inclusit, sicut minime in-

 tendebat,

tendebat, quod patet aperte in Extravaganti B. prædicti, qui incipit, Statuimus inferius allegatis: ubi ponuntur duæ provinciæ Angliæ, Cantuarienſis ſcilicet & Eboracenſis inter provincias Lige, oceani & provincias Hiſpanorum, & ſex aliæ provinciæ ejuſdem nationis Anglicanæ inter provincias alias, & nullatenus inter, ante, nec immediate poſt provincias in regno Alemaniæ exiſtentes. Et ſic patet ex materia illius Extravagantis, quod natio Anglicana in, de & ſub Alemania dicitur quovis modo.

Item hoc patet ex cauſa formali ejuſdem, prædictam Extravagantem pro nationibus ponendis ſeu ordinandis in concilio generali Papa non concepit, nam forma ordinis nationes ponendi eſt ipſas ponere ſecund' ſuas antiquitates & dignitates quas nationes in dicta extravagan' ordinaſſet, antiquiorem in fide priorem & digniorem Eccleſiæ Romanæ ac imperii cauſam nationum videlicet, Italiam præpoſuiſſet regno Franciæ, & deinde alias nationes in ſuo ordine poſuiſſet, quod non fecit, quia Franciam præpoſuit etiam non ſecundam, & Italiam in cauda ultimo conſcripſit. Hoc etiam patet in multis aliis locis dictæ Extravagantis.

Item hoc patet ex cauſa finali dictæ Extrava-

travagantis, quæ eſt, quia non obſtantibus juribus in hac parte æditis, prælati in procurationibus ſic ſe oneroſos reddiderunt, ut ſubditi oppreſſi onera nequierunt ſupportare.

Ideo cupien' certum modum viſitantibus & ſtabilem viſitatis in præmiſſis fore obſervandum, ſtatuit, ut prædicitur, & ſic principaliter & finaliter intendebat legiſlator per illam Extravagantem viſitantibus & viſitatis certum modum dare in procurationibus ſolvendum & recipiendum, ad alios ergo caſus non eſt extendenda, quia leges & præſertim caſus ſpeciales ad caſus alios extendere de jure non debemus: In jure enim obedientia papalis in duas partes dividitur in ultra & citra montanos, ergo duæ ſunt tum nationes, non ſequitur.

Præterea ſcribunt, quod Benedictus prædictus in dicta Extrav. Vas electionis, in ſecunda parte ſub natione Germanica ponit Alemaniam, Angliam, Hungariam, & plura alia regna, &c. Id quod reſpondetur quod in loco prælegato dictæ extravagan' ſic dicitur, in Alemaniæ quoque Angliæ, Hungariæ, Bohemiæ, &c. regnis ac terris, provinciis, & partibus eiſdem adjacentibus Archiepiſcopi & Epiſcopi viſitan' tantum recipit, &c. Ex qua

litera quod dicta Extravagan' nil loquitur de natione Germanica, nec de aliqua alia natione facit mentionem. Ex dictis enim dictorum sic scribentium sequeretur, quod cum omnes Reges per seriem scribuntur in libro cerimoniarum & aliis libris unus post alium, quod Rex in secundo loco scriptus priori subjiceretur, & illius foret ditionis, sic Rex Franciæ foret in de & sub imperio Græcorum, & sic de aliis Regibus, quod fatuum est dicere.

Ad secundum autem, salva semper & hic repetita protestatione antemissa, respondetur quod licet Benedict. prædictus Burdegalen' fuerat nationis i. e. nativitate, postea tamen nutritus & beneficiatus fuit in, de & sub ditione adversarii Francorum, & ad prælaturam assumptus, & sic ut Gallicus fuerat regno Franciæ nimis favens, Extravagan' prout fecit provulgando, sicut ex tenore & ordine extravagan' clare constat, ubi regnum Franciæ etiam non secundum primo conscripsit, & Regnum principalius, & Francia nobilius ultimo collocavit. Præterea dicta Extravagan' B. quæ incipit. Statutmus, in prima rubrica sui operis ad confirmationem scriptorum per eos non facit, eo quod in regno Angliæ ponit Cantuariensem & Eboracensem provincias pro una,

una, ergo natio Anglicana sive Britannicam unam provinciam habet, in concilio generali pessima est argumentatio. Nam in pluribus eorum scriptis de solo regno Angliæ concludunt ad totam Anglicanam nationem, & sic inordinate scribunt antedicti. Distinxit enim Benedict. XII. in dicta extravaganti, Statuimus, provincias pro capitulis monachorum nigrorum celebrandis, ergo pro aliis capitulis actibus, negotiis, vel conciliis generalibus provinciæ remanent in limitatione antiqua, quia quod de uno dicit de alio denegatur: Quod probatur clare ex textu proœmii dicta Extravagan', Statuimus, versiculo per æditionem, ubi sic dicitur, per æditionem, nempe statutorum & ordinationum prædictorum non intendimus aliis juribus aliquatenus derogare, sed illa potius approbare.

Item probatur quod dicta limitatio provinciarum ad alia non extenditur præceptum dictæ Extravagan' in principio dum dicit Statuimus, &c. quod in ordine nigrorum monachorum in singulis provinciis per nos inferius deputatis fiet de triennio in triennium, salvo jure diocesanorum Pontificum commune seu provinciale capitulum, abbatum & priorum, &c. Ex quo textu aperte patet de errore dicto-

rum ſcribentium dictam Extravagantem minus bene reducentium; quum ad celebrationem capitulorum monachorum nigrorum dumtaxat extendatur.

Præterea, notorie patet quod illa Extravagans, Statuimus, non facit in aliquo quod natio Anglicana eſſet pars immediate conjuncta nationi Alemaniæ, nec ad illam reduci deberet, ut ad propriam nationem, prout prædicti Domini minus bene ſcribunt: Clarum enim eſt quod in dicta Extravaganti, Statuimus, provinciæ Cantuarienſi & Eboracenſi pro una provincia pro capitulis monachorum nigrorum celebrandis non inter, immediate, poſt, nec ante provinciam ſeu provincias regni Alemaniæ ſcribuntur, ſed inter provincias Narbon', Thrroſolen' & Anxiaten' ex parte præ & Compoſtellanen' & Hiſpalen' a parte poſt, ſed ſi Papa voluiſſet dictam nationem Anglicanam partem eſſe nationis Alemaniæ; illas duas provincias Angliæ inter provincias linguæ occeanæ & Hiſpanorum minime poſuiſſet.

Item liquet quod non fuit Legiſlator, & ſi poſuiſſet in propoſito nationem Anglicanam partem nationis Alemaniæ facere, nec limitare quia in eadem Extravagante Statuimus, v. provincias in de & ſub natione Anglicana notorie exiſtentes videlicet

delicet Armachan', Dublinenſem, Caſſalenſem, & Tuamenſem in Hibernia, & provinciam regni Scotiæ non inter immediate poſt nec ante provinciam ſeu provincias regni Alemaniæ: ſed inter provincias Strigonienſem, Calocenſem, & Gueznen' a parte præ & provincias Bohemiæ, Datiæ, Norvegiæ, Schuetiæ, Sardiniæ, Corſicæ, & Cipri poſuit a parte poſt. Si vero dictus Dominus Papa intentionis fuiſſet ſeu propoſiti, Nationem Anglicanam unam eſſe cum natione Alemaniæ, dictas provincias una cum provinciis Vaſconiæ & aliorum locorum nationis Anglicanæ notorie exiſtentes: non ſic diviſim cum provinciis aliarum nationum: ſed cum provinciis regni Alemaniæ poſuiſſet, prout in dicta Extravagante Statuimus, clare conſtat. Nec ſequitur per dictam Extravagantem Vas electionis, quod natio Anglicana de natione eſſet Alemaniæ, ergo eſſet, quia ſcribitur immediate poſt regnum Alemaniæ, ergo eſſet de natione Alemaniæ, peſſima eſt argumentatio.

Præterea illa Extravagans Statuimus, ad confirmationem illorum ſic ſcribentium non facit, videlicet quod natio Anglicana unam duntaxat habeat provinciam in concilio generali, ſed ad expreſſam reproba-

tionem dictorum ſuorum. Notorium enim eſt toti mundo quod licet in de & ſub inclita natione Anglicana regna fuerunt plura antiquitus & ſunt, quodlibet per ſe longe commodius & ſolennius, quam regnum per ſe Franciæ: attamen ſubſtantialiter præter ducatus, terras, ac inſulas, & Dominia in numero copioſo ſunt regna viij. videlicet Anglia, Scotia, Wallia, quæ tria majorem integrant Britanniam, Regnum autem de Maii & in Hibernia juxta Angliam quatuor regna magna & notabilia videlicet Catolicum, Cabon' Maraviæ, & Menethathelme, veluti in catalogo Chriſtianorum Regum || regna Romanæ curiæ una cum aliis expreſſe & ſigillatim commemorat, Principatuſque notabilis Jo. principis inſularum Orcades & aliarum numero circa lx quæ etiam inſulæ ſunt æquales ſeu majores dicto regno Franciæ. Dicta vero Extravagans Statuimus, octo provincias in de & ſub natione Anglicana ſive Britannica notorie exiſtentes pro capitulis monachorum nigrorum celebrandis in iiij limitat provincias videlicet in Hibernia pro una, in Cantuarien' & Eboracen' pro altera, regnum Scotiæ pro tertia, & Burdegalen', &c. pro quarta. Exque Extravagan' probatur quod male, imo corum genera

|| *Forte regula.*

ſemper

ſemper ſalvanda, minus bene ſcribunt, ſic fundando intencionem ſcripturæ ſuæ ſuper illa Extravagan' Statuimus, nationem Anglicam unam habere provinciam juxta limitationem dictæ Extavagan' xxxv. partem obedien' Papalis eſſe cum in numero ſunt x provinciæ in eadem de quibus ſunt obedientes nationi Anglicanæ octo ſuperius limitatæ, & de illis inſeparabilibus ſeptem Rex Angliæ poſſidet plena pace & in brevi Dei gratia cæteras poſſidebit. Habet etiam dicta natio Anglicana centum & decem dioceſes ut inferius recitatur,

In quantum autem ſcribunt quod Wallia Angliæ Regi non obedit, neque prælati & clerus illarum partium, neque eſſe volunt de natione Anglicana, ut apparet in hoc concilio, ſalva proteſtatione præmiſſa, reſpondetur quod erubeſcere poſſunt tam notoriæ veritati contrarium ſcribere: quia tota Wallia Archiepiſcopo Cantuarienſi ut ſuo primati in ſpiritualibus & ſereniſſimo Angliæ Regi in temporalibus obedit pacifice & quiete prout in partibus patet, & in hoc concilio cum in natione inclita Anglicana plures venerabiles doctores ac cæteri graduati & clerici de Wallia hic exiſtunt, conformiter enim patenter minus bene dicunt

de

de Hibernia quæ quatuor provincias & lx Dioceſes ſpatioſas & amplas in ſe continet, quæ provinciæ & dioceſes de natione inclita Anglicana indubie & notorie exiſtere dignoſcuntur, in quantum enim inſuper ſupponunt quod ſuffraganei de regno Scotiæ non ſunt nec eſſe volunt de natione Anglicana. Proteſtatione præmiſſa ſemper ſalva reſpondetur quod de natione Anglicana alias Britannica notorie ſunt & eſſe debent cum nullo modo negare poſſunt quin Scotia ſit pars Britanniæ, licet non tanta, ſicut Anglia prout notum eſt toti orbi & etiam cum Anglicis eandem linguam habent. Mirabile enim eſt tales literatos ſic ſcribere velle, Walliam, Hiberniam aut enim Scotiam de natione Anglicana non eſſe, quia Regi Angliæ non obediunt; hoc dato & non conceſſo, nihil facit ad propoſitum, nihil facit quod nihil referet an nationi quovis uni dumtaxat principi obediant diverſis, Nonne in natione Hiſpanica plura ſunt regna quæ Regi Caſtellæ principali Hiſpanorum non obediunt, & tamen non ſequitur ex hoc, quod de natione Hiſpanica non ſunt? Nonne Provincia, Delphinatus, Saubaudia, Burgundia, Lothoringia, & aliæ terræ plures quæ nihil habent agere cum adverſario Franciæ,

Franciæ, & tamen in natione Franciæ seu Gallicanæ continentur, & sic conformiter de aliis nationibus.

Ad tertium namque salva semper & hic repetita protestatione prius dicta, respondetur, verum est quod nec juri nec consonum est rationi aliquam comparationem facere inter regna cum odiose sint a principe tenebrarum adinuente, in quantum vero intelligunt sic scribentes ex adverso de superioritate & nobilitate regni Franciæ ad regnum Angliæ, sine tamen injuria seu comparatione cujusquam loquendo, ut ex adverso scribentibus satis fiat non minoris antiquitatis auctoritatisve, quin veræ antiquioris & majoris fidei dignitatis & honoris, seu saltem æqualem in omnibus, regalis etiam potentiæ clerique & populi multitudinis ac opulentiæ rerum gloriosum regnum Angliæ divinis favoribus quam dictum regnum Franciæ dignoscitur prædotatum. A tempore vero secundæ ætatis mundi illa domus præexcellens regalis Angliæ crevit, quæ hucusque continuata realiter extitit. Domus insuper regalis Angliæ inter plures sanctos palmites quos produxit, qui de facili numerari non poterunt, ab obedientia Romanæ Ecclesiæ nunquam discessit, sed sub ea hucusq; Christianissimæ militavit.

vit. In cæteris vero prærogativis & donis Dei illius Domus glorioſæ ad ſpeciem deſcribere & membranæ plurimæ non ſufficerent, in quantum enim prædicti Domini regnum Franciæ exaltare nituntur ad fidera volen' illud regno Angliæ in aliquo comparari propter multiplicationem provinciarum & dioceſium ejuſdem regni Franciæ ſcribentes xj provincias cj Dioceſes latas & ſpatioſas regnum Franciæ continere: Reſpondetur quod in re indubia vel incerta hi Domini, ut videtur, incredibilia pennata dicerent cum in re tam aperta & nota toti mundo tam notoriea vero deviant. Conſtat enim quod regnum Franciæ duas provincias Remen' & Senonen' &xx Dioceſes duntaxat continet & regnum ſolum Angliæ duas provincias largiſſimas, videlicet Cantuarien' & Eboracen' &xxv etiam ſecundum eos Dioceſes continet, in ditione autem adverſarii Franciæ ſunt circa lx Dioceſes & in ditione Regis Angliæ cx ſatis amplæ. Etiam inſuper regnum Franciæ vix uno legato nato a lege mortua decoratur, ſed etiam regnum Angliæ duobus legatis natis Vices Domini Papæ in provinciis ſibi decretis gerentibus perenniter inſignitur. In regno enim Franciæ quanquam adverſarii quatuor comitatus exiſtere affirmant quo-

rum

rum quilibet major eſt regno Angliæ, cujus contrarium verum eſt. In regno tamen Angliæ præter ducatus & baronias plures xxxij comitatus ſatis ſpatioſi reperti ſunt de quibus iv aut v pro toto regno Franciæ præterquam in hujuſmodi verbis ſuperfluis ad omnia nutu Dei gerenda ſufficiunt. Britannia vero' prædicta tam ampla & ſpatioſa eſt quod ipſius ſpatium a parte ſptentrionali uſque ad partes meridianas ejuſdem etiam directe incedendo ad octingenta miliaria quæ xl dietas legales continet, ſe extendit. Dubium non exiſtit & ſic non regnum Franciæ, ut communit' dicitur. In regno etiam Franciæ vix ſunt Eccleſiæ parochiales ad numerum ſex milium, ut dicunt, experti ſatis. Sed in regno Angliæ præter Cathedrales & collegiatas Eccleſias monaſteria & prioratus hoſpitalia Xenodochia & alia pia loca in numero copioſo ſunt Eccleſiæ parochiales honorabiles multum, numero ultra l. duorum milium dotatæ inſigniter. Unde ergo proceſſit hæc opinio dicere illud glorioſum regnum Angliæ Franciæ regno non poſſe comparari. Si etiam diligenter attenderint ſic ſcribentes conſideranda in omnibus potius facerent de regno Angliæ plura regna reſpectu regni Franciæ, ac de natione Anglicana plures nationes re

ſpectu

ſpectu nationis Gallicanæ, quam unam ſalvo tantum in omnibus honore illius inclitæ nationis Gallicanæ. In ſcripturis inſuper & aliis documentis pluribus reperitur, quod ſeptem ſumt Eccleſiæ Chriſtianitatis principales. Quarum prima Romana Eccleſia. Secunda Conſtantinopolitana. Tertia Gallicana. Quarta Anglicana. Quinta Hiſpanica. Sexta Pannonia, & ſeptima Germanica. Certiſſimum enim eſt quod ſi ad honorem Eccleſiæ Anglicanæ & dignitatis Pontificalis tenderet tot Provincias & Dioces' linitare & erigere prout in Francia & in nonnullis cæteris partibus per ipſos deſcriptis eriguntur, & ipſos conformiter dotare prout dotantur provinciæ Epiſcopatus & Dioceſes partium prædictarum circumſtantiis omnibus penſatis regnum Franciæ incomparabiliter non poſſet tot Provincias & Dioceſes erigere decentique honore fovere ſicut regnum per ſe poterit Anglicanum, in quo regno præter & citra in Hiberniam & Scotiam principatus & inſulas plures lx & ultra nationem Angliæ pertinen' ſunt parochiales Eccleſiæ, ut prædicitur, numero ultra quinquaginta duorum millium de quibus ad minus mille Epiſcopatus omni conſideratione & comparatione habitis adeo magni boni & fertiles

tiles & honorifici erigi poterunt ſi decerct ſeu mojores quam regnum Franciæ communiter erecti ſunt. Item quantum vero animis exaltare nituntur regnum Franciæ ſuper regnum Angliæ dicentes, &c. Quod attentis nobilitate & excellentia regni Franciæ ac diuturnitate temporis a quo recepit fidem Chriſti a qua non deviavit in comparatione regni Angliæ, &c. reſpondetur quod ſi adverterent tempus quando regnum Angliæ fidem Chriſti recepit primo & quando regnum Franciæ, & qualiter in regno Angliæ fides Chriſti continue ſtetit hucuſque in eodem quanquam temporum intervallis infidelium inſævientium grandinoſa tempeſtas ipſum regnum ſic impulerit quod fidem Chriſti ibidem probante extinguere conata eſt non utique ſic ſcripſiſſent, ſtatim enim poſt paſſionem Chriſti Joſeph ab Armathea nobilis Decurio qui Chriſtum de cruce depoſuit cum xij ſociis unicam Domini de mane colendam, Angliam videlicet ingreſſus eſt, & populos ad fidem convertit: Quibus Rex xij. Hidas terræ in Dioces' Glaſthomen', Barthomen' Dioces' ut ſcribitur tumultulantur. Super quibus xij. Hidas prædictas dictum monaſterium antiquitus dotatum dignoſcitur. Sed regnum Franciæ tempore ſancti Dionyſii & ejus miniſterio, fidem

fidem Christi recepit. Regnum insuper Angliæ, laudetur altissimus, ab obedientia Romanæ Ecclesiæ nunquam discessit nec tunicam Domini inconsutilem scindere nec unquam Rom. Pontif. obedien' illudere conatum est: Satis enim constat secundum Albertum magnum & Bartholomeum de proprietatibus rerum quod toto mundo in tres partes diviso videlicet Asiam, Africam & Europam. Europa in quatuor dividatur regna. Primum videlicet Romanum, secundum Constantinopolitanum, tertium regnum Hiberniæ quod jam translatum est in Anglicos, & quartum regnum Hispaniæ, ex quo patet quod Rex Angliæ & regnum suum sunt de eminentioribus & antiquioribus Regibrs & regnis totius Europæ, quod prærogativum regnum Franciæ non fertur obtinere. Unde ergo processit hæc inæqualis regni Franciæ ad regnum Angliæ comparatio, unde audent Domini sic scribentes scribere regnum Franciæ sex & plures quotas portiones facere ad regnum Angliæ? Æstimatur enim quod sicut nonnulli eisdem faventes pro singulari gloria in mappa mundi civitatem Parisiensem plus occupare de loco pingunt quam totum regnum Angliæ, sic ut videtur præsumere vellent, sic scribentes inæqualitatem

tem inter regna prædicta in terræ continentia & cæteris qualitatibus, cujus contrarium verum eſt, ut ſuperius dictum eſt.

Ad hoc vero quod ſcribere non verentur, quod nec juri nec rationi conſonum eſt, æquiparare nationem Gallicanam generaliter ſumptam, nationi Anglicanæ, attentis per ipſos pluribus ſuperius recitatis: Dicimus, ſalva proteſtatione præmiſſa, non modicum mirandum quod hi nationem inclytam ſic abhorrent Anglicanam volen' Gallicæ comparari. Nonne has duas nationes æquiparant jura, rationes & ſcripta plura? Omnia enim neceſſaria adeſſe nationis authoriſabilis quartam aut quintam partem obedientiæ Papalis, ſicut natio Gallicana, ſive ſumatur natio ut gens ſecundum cognationes & collectiones ab alia diſtincta, ſive ſecundum diverſitatem linguarum quæ maximam & veriſſimam probant nationem & ipſius eſſentiam jure divino pariter & humano, ut infra dicetur: ſive etiam ſumatur natio pro provincia æquali etiam nationi Gallicanæ, ſicut ſumi deberet, una eſt de quatuor ſive quinque nationibus ex quibus obedientia Papalis exiſtit. Natio inclyta Anglicana & tanti vigoris & auctoritatis eſt abſque tamen comparatione vel

injuria cujuſquam loquendo, ſicut natio inclyta Gallicana. In jure enim provincia, id eſt, natio Angliçana provinciæ, id eſt, nationi Franciçæ ſive Gallicanæ comparatur: Ordinatur enim in jure quod in Rom. curia, Pariſien', Oxonen', Bononien', & Salaman' ſtudiis Scholæ erunt ſub tribus generibus linguarum, ubi dicit gloria q' ordo iſte deſcriptus in textu procedit non ordine ſtudiorum, ſed ex gratificatione provinciarum i.e. nationum ſecundum Ja. & alios. Ex quibus textu & gloſſa & aliis liquet quod Italia ponitur pro una provincia i. e. natione. Francia pro alia. Anglia, &c. pro alia. & regna Hiſpaniarum pro alia. Ex qua gratificatione & ordine concilii generalis Anglicanæ, alias Britannicæ i.e. pro natione jus ſemper & ab antiquo debitum & approbatum & continuatum exiſtit. Conformiter ſcribit Cardonien' Epiſcopus Carolo Regi Francorum in tractatu ſuo de ſedando ſchiſmate, parte vij ſic dicens, jam claret lata Chriſti hæreditas plurimos fideles habet filios, &c. Scilicet per Italiam, Alemaniam, Franciam, Angliam & Hiſpaniam, & breviter in omnem terram unitas cognoſcitur. Ex quo patet quod obedien' Rom. Eccleſiæ in his v. provinciis, id eſt, nationibus exiſtere dignoſcitur.

Item

Item Bernardus in Epiſtola ccij Hildeberto Thuronen' Epiſcopo ſcribit circa medium dicens; Nunquid non omnes principes cognoverunt, quia ipſe verus eſt Dei electus Francorum, Anglorum & Hiſpanorum Rex, &c. quarum nationum ordinis poſitio & pacificatio eſſentiam illarum quorumlibet præſupponit, quia rerum non entium ordo dari nequit, & non entis non ſunt ſpecies, neque debere, ſed entis dumtaxat. Ubi enim natio Gallicana habet pro majori parte unam linguam vulgarit' intelligibilem, in toto ſaltem vel in parte nationis omnem per circuitum: Natio tamen Anglicana, alias Britannica in, de & ſub ſe quinque linguas habet, videlicet nationes, quarum una aliam non intelligit, videlicet Anglicanam, quam Anglici & Scoti habent conformem, Wallicanam, Hibernicam, Vaſconicam, & Cornubicam, & ſic cum omni jure repræſentare poterit tot nationes quot linguas diſtinctas habet: Fortiſſimo enim jure unam nationem principalem quartam aut quintam partem obedientiæ Papalis in concilio generali & aliis locis repræſentare debet, præſertim cum æqualitatem habeat in quantitate aut qualitate, tam in terrarum amplitudine, regnis, ducatibus, comitatibus, baroniis & aliis do-

miniis temporalibus, quam etiam cathedralium, monaſteriorum, collegiatarum ac Eccleſiarum parochialium excellentia & multitudine, & aliis in ſeipſa natio Anglicana, alias Britannica abſque injuria loquendo, ſicut habet per ſe natio Gallicana.

Præterea in de & ſub natione Anglicana alias Britannica, ſunt octo provinciæ, ex Dioceſes ſive Eccleſiæ Cathedrales & ultra, & in tota natione Gallicana ſunt vix cx. Comparatione igitur habita de provinciis ad provincias, de Dioceſibus ad Dioceſes, unius nationis & alterius liquebit ſatis, quod provinciæ & Dioceſes cum monaſteriis & cathedralibus Eccleſiis parochialibus nationum Gallicanæ & Britannicæ provincias & dioceſes nationum Gallicanæ. Et ſi ſecundum eos non excedant, ſalva ſemper comparatione, merito tamen adæquatur, prætermittendum non eſt advertere, quomodo ad inæqualitatem nationum laborant hi ſcribentes, quod cum natio Anglicana alias Britannica & Germanica ſimul junctis æqualem ſcribunt & concludunt nationem Gallicanam vocem & auctoritatem in conciliis generalibus habere, quæ duæ nationes Anglicana & Germanica, dimidiam partem obedientiæ Papalis continent

in

in effectu, in quantum etiam nituntur hi ſcribentes nationem Anglicanam ſive Britannicam propter ſui exiguitatem impugnant, a fortiori ratione judicant nationem Gallicanam propter ſui exiguitatem, minime poſſe nationi Italicæ comparari: quum natio Gallicana habeat in ſe ſecundum eos ſolum cxxxv Dioceſes, & natio Italica trecentas & tredecim. Ex quo patet quod potius natio Gallicana per Italicam, quam Anglicana per Gallicam in concilio generali privari debeat voce ſua.

In quantum enim hi ſcribentes, niſi ſunt totam obedientiam Papalem in quatuor partes ſive nationes divídere principales, non utique in has quatuor quas ipſi intendunt, videlicet Italicam, Gallicam, Hiſpanicam & Germanicam dividi deberet: ſed ſicut ſecundum Albertum magnum Europa dividitur in quatuor partes, ſive regna principalia, ut ſuperius dicitur, ſic oportet totam obedientiam Papalem, quæ in Europa continetur, in quatuor plagas ſive nationes, alias Eccleſias dividi principales. Videlicet in orientalem Eccleſiam, occidentalem, aquilonarem & meridionalem. orientalis vero plaga ſive Eccleſia Chriſtianitatis obedientiæ Papalis in Europa eſt, Hungaria, Bohemia, Bo-

lonia, & Alemania: occidentalis pars sive Ecclesia est Francia & Hispania: aquilonaris sive septentrionalis pars totius Europæ est Anglia, Wallia, Scotia & Hibernia, cum eorum insulis Datia, Schuvetia & Norvegia. Meridionalis est Italia & si qui Græci sunt de obedientia nostra, puta Cipri & Cretenses in Candia, sic enim dividendo obedientiam Papalem prout magis & naturale est, Anglia in, de, nec sub natione Alemaniæ est. In has enim quatuor partes sive nationes secundum quid permanens & immutabile divisio nationum permanet super eadem Ecclesia in conciliis futuris perpetuo & ita convenientius est obedientiam Papalem per has quatuor partes dividi, quam secundum idiomata quæ plura sunt quam quatuor, vel secundum quid aliud mutabile secundum excellentiam regnorum in divitiis & potentia quæ augeri possunt, vel secundum diversas constellationes & politias diminui, vel totaliter extingui: Quia enim denominatio nationum a certis regnis est odiosa aliis regnis: quia præjudiciales & ambitiosa, ut puta, quod illi debeant denominari a Francis seu Gallis qui nec Franci nec Galli sunt, neque sub illis existunt, & sic de aliis nationibus. Ideo ad hæc odiosa removendum non est aliquid

aliquid tam debile, nisi divisio ista per quatuor plagas Europæ. Ita quod si denominaretur natio, sive Ecclesiæ occidentalis obedientiæ Papalis, tunc sine præjudicio alicujus regis, regni, terræ vel domini est hæc divisio permanens, semper eadem, immutabilis, & tam necessaria quod Galli & Hispanici sunt inevitabiliter occidentales sive repræsentantes Ecclesiam occidentalem in Europa, nec possunt esse alibi quin ibi conformiter Anglici, Wallici, Hibernici cum insulis, & Scoti, Dacì, Schuvetii & Norvici necessario sunt Aquilonares, & Ecclesiam Aquilonarem repræsentantes totius Europæ, Hungari, Bohemi, Poloni, & Alemani orientales, & orientalem Ecclesiam repræsentan' Italici, Cipri, Cretenses meridionales sunt & Ecclesiam meridionalem repræsentantes in Europa. Hæc enim divisio secundum prædictas quatuor plagas terræ videtur olim servata fuisse in prioribus concíliis & aliis locis, prout in multis passibus scripturæ fit mentio de Ecclesia orientali & occidentali. Et qui ratione admittuntur illæ denominationes, eadem ratione & istæ denominationes, videlicet Ecclesia Aquilonaris & meridionalis, & sic per istam congruentem omni jure permanentem naturalem & immutabilem divisionem natio-

num, ſecundum quatuor plagas terræ Europæ, ſive quatuor Eccleſias principales ejuſdem, naturaliter & inevitabiliter neceſſario & immutabiliter fuit, eſt & erit natio Anglicana, alias Britannica, ſive Aquilonaris prædicta, quarta pars & una de quatuor nationibus principalibus obedientiæ Papalis in Europa.

Ad hoc vero quod Joannes Campani in provocatione ſive appellatione prætenſis & frivolis inſervit inter cætera quod aliqui Domini Anglici niſi ſunt ab auctoritate in concilio repellere triginta duos reverendiſſimos in Chriſto patres & Dominos D. S. R. Eccleſiæ Cardinales & ſeipſos qui non merito conſtituere quartam aut quintam partem concilii generalis. Ex quibus per ipſum Joannem recitatis apparet maniſeſte, quod tam pauci in numero regni Angliæ, videlicet viginti quatuor perſonæ conſtituerunt ſibi nationem unam, quam vocarunt & vocari fecerunt & faciunt, nationem Angliæ, &c.

Reſpondetur, quod duo directe veritati contraria ſcribit iſte Joannes: quantum ad primum veriſſimum eſt, quod nunquam fuit, eſt, nec erit, intentionis aliquorum Dominorum de natione Anglicana Reverendiſſimos patres Dominos Cardinales ab auctoritate eis de jure competenti in concilio

cilio generali, vel alibi repellere, ſed eos cum omni reverentia & honore tractare, ſicut hactenus factum eſt; videtur tamen quod Domini Cardinales ſuis vocibus duntaxat ſuis in nationibus dandis, quantum ſunt ſuppoſita, merito debeant contentari.

Quantum ad ſecundum, ſicut jus collegii vel univerſitatis in una perſona, vel duabus reſidere noſcatur; ſic in una vel duabus perſonis, jus integræ nationis in concilio generali remanere poterit & debebit, quum non ſolum ſeipſas ſed alias innumerabiles perſonas repræſentant. Et quamvis propter nimiam locorum diſtantiam mariumque diſcrimina, natio Anglicana, ſicut aliæ nationes quæ in proximis ſunt reſpectu ad illam in tanta copia perſonarum ad concilium generale venire de facili non potuerunt: In hoc tamen concilio præſentes fuerunt & ſunt de inclyta natione Anglicana, laudetur Altiſſimus, decem Epiſcopi, duo electi, duo Protonotarii, ſeptem Abbates, & unus Prior ſolemnis Eccleſiæ Cathedralis, in Theologia ſedecim Magiſtri, in jure Canonico & Civili undecim Doctores, in Theologiæ artibus quinque, utroque jure alii graduati viginti quinque & citra, & præter iſtos ſunt Eccleſiaſticæ perſonæ, procuratores

res prælatorum & capitulorum Ecclesiarum Cathedralium nationis prædictæ sexaginta, & ultra, ac alii inferiores literati ultra numerum centum.

Ex quibus & aliis patet evidenter, quod supplicatio & requisitio dictorum Ambasitorum & Oratorum adversarii Franciæ tria membra disjunctim continentes superius recitatæ, tanquam frivolæ, frustratoriæ, minus veræ, & Ecclesiæ universalis unionis turbativæ de medio tollendæ sunt. Primo, quia natio Anglicana advenientе natione Hispanica cessare non debet, quum non sit pars nationis Alemaniæ, ut superius dicitur. Nec dicta natio Anglicana hucusque divisa fuit a natione Alemaniæ, qui nunquam una natio fuerint. Nam sicut omnis privatio habitum, sic divisio unitatem perviam in talibus præsupponit, nec permissum fuit ex certa causa, dissimulative, ut prætendunt sic scribentes, quod natio Anglicana esset natio usque in adventum Hispanorum, saltem permissione nationis alicujus, quæ illud poterit impedire: quia par in parem non habet imperium, nec major in majorem: sed eadem permissione divina, qua aliæ permittuntur fieri & esse nationes, permissum fuit ut natio esset Anglicana sicut & alias quæcunque existens

existens in concilio. Nec secundo fient distinctiones nationum, ut ipsi requirunt, quum sit via directa ad schismatis nutrimentum: nec concedenda est requisitio tertia, videlicet quod rediretur ad jus commune & antiquum, videlicet ad scrutinium secundum numerum & capita prælatorum, ad quod deducendum ad effectum, ut a sapientibus creditur, principaliter laborant: nam considerata mente jurium antiquorum, utilitateque hominum, & temporis instantis quibus jura convenire & secundum eorum varietates variari debent, & jura exemplo Dei, qui nonnulla quæ ædidit in veteri testamento mutavit in novo: melius, utilius & rationabilius est concilia generalia per nationes, quam per scrutinium dirigi. Generalia enim concilia diversis modis, ut legitur, celebrata fuere, nunc uno nunc alio. In quibusdam vero conciliis processum licet fuerat per votorum scrutinium: attento quod jura eorum justa rationabilia communia & possibilia omnibus his diebus præsertim rationabile non videtur, quod innumerositas unius plagæ prælatorum ad modicissimas dioceses & titulos ut alios superarent in conciliis assumptorum omnes mundi partes diversos modos vivendi, & usus habentes suæ reducerent in conciliis voluntati,

tati, cujus rei & aliorum consimilium observantia schisma prout fertur Græcorum causavit, Ecclesiamque Dei ad statum flebilem, in quo residet, jam deduxit. Ex quibus legis definitio destructa foret & observantia politiæ. Nihil enim tam firmum est, quam quod omnium consensu statutum est, aliter lege condere est fructus in arbore privata radicibus reperire, quia leges instituantur quum promulgantur, sed confirmantur quum consensu utentium approbantur. Omnia suis debent convenire temporibus: quia jura ex causa loco & tempore & persona consideranda, quorum modi quia medullitus non indagantur in eorum labyrinthum, nonnulli intricando impinguntur, quum ante judicant quam intelligunt, ante inculpant quam iterato lecto perquirunt. Ait enim Hieronymus: necessarium est, ut juxta diversitates locorum, temporum, & hominum quibus scripta sunt, diversas causas argumenta & origines habeant. Joannes enim Evangelista in Apocalipsi sua septem scribens Ecclesias, in unaquaque earum vel specialia reprehendit, vel virtutes probat. Ita Doctor gentium per singulas Ecclesias vulneribus medetur illatis: nec ad instar imperiti uno collirio oculos omnium vult curare: nam sic in Ecclesia agendum

dum eſt, ut mederi poſſit hoc tempore vulnerihus illatis, procedere ergo per nationes juxta decretum & uſum concilii magis appropriatur, ut videtur, viæ ſpiritus ſancti, quam procedere per ſcrutinium, quæ via ſcrutinii magis eſt intricabilis, periculoſa, & anfractibus involuta: legitur in libro Numerorum, quod quando Dominus præcepit Moyſi ut mitteret viros de ſingulis tribubus ad conſiderandum terram Chanaam, quam Dominus daturus fuerat illis. Ille de unaquaque tribu unum tantum miſit ad conſiderandum terram illam, non obſtante quod plura capita erant in una tribu quam in alia.

Item jure canonico in præſentatione plurium patronorum, quæ electio nominatur, voces dabuntur per ſtirpes & non per capita. Licet plures fuerunt de una ſtirpe quam de alia.

Item de jure civili ſucceſſio ex inæqualibus partibus æqualiter tranſit in hæredes.

Item ſtatutis & uſibus univerſitatum quamplurimarum & civitatum in arduis dedicendis conſideratur numerus facultatum ſive artium & non perſonarum numerus eorundem.

Sic conformiter nationes in concilio generali æqualiter conſiderandæ ſunt, & æquale jus habet quælibet natio, licet plura

plura ſint ſuppoſita in una quam in alia; quum non ſeipſos tantum, ſed innumerabiles alios repræſentant prout ſuperius eſt dictum.

EX PRÆMISSIS igitur & aliis quamplurimis ſcripturis autenticis clare conſtat, ac conſtare poterit luculenter, quod natio inclyta Anglicana, alias Britannica, tam ratione pluralitatis ſedium Epiſcopalium, Eccleſiarumque collegiatarum & Parochialium, nec non Monaſteriorum Prioratuum & aliorum locorum piorum, quam etiam præeminentiæ, dignitatis, honoris & amplitudinis regnorum & aliorum Dominiorum multitudiniſque innumeroſæ cleri & populi exiſtentium in eadem merito repræſentare debeat & habere in concilio generali tantæ auctoritatis habere vocem, ſicut quævis alia natio hujuſque auctoritatis vocem in quibuſdam conciliis præteritis quibus intererat, repræſentavit & habuit, prout de jure repræſentare & habere debuerat atque debet, ſive per nationem, ſive alio modo proceſſum fuerat in eiſdem, ſicut etiam repræſentavit & habuit, repræſentat & habet in hoc ſacro generali concilio Conſtan' & ſingulis actis ſive geſtis in eodem, gerendiſque in ipſo ac aliis generalibus futuris conciliis per Dei gratiam repræſentare

ſentare & habere intendit. Non obſtantibus quibuſcunque proteſtationibus, provocationibus, & appellationibus frivolis & ineptis per Ambaſitores & procuratores ſe dicentes adverſarii Franciæ factis & interpoſitis, propter quod omnes & ſingùli Proteſtantes & Appellantes etiam in impedimentum concilii ac eorum adhærentium & fautores tanquam turbatores & impeditores ſanctæ unionis ſanctæ matris Eccleſiæ, juxta præſentis concilii conſtitutiones, & decreta, ac alias legitimas ſanctiones omnino puniri debeant, & maxime in exemplum aliorum, quum ordinem procedendi in concilio generali datum & obſervatum de conſenſu omnium in eodem exiſtentium tacito vel expreſſo, nullus eſt in mundo princeps, qui interrumpere poterit, vel immutare abſque nota perturbationis & impeditionis ſacræ Synodi, ac geſtorum & gerendorum in eadem, quum in hoc caſu princeps quiſquam nullum omnino habeat aut prætendere poterit quomodolibet intereſſe. Et quia pro unione in Eccleſia Deo ipſo favente facienda, extirpatione hæreſium & errorum, nec non reformatione Eccleſiæ in capite & in membris per dictum illuſtriſſimum Dominum noſtrum Regem ac Eccleſiam Anglicanam alias Britannicam ſolum-

ſolummodo & non pro aliis miſſi ſumus. Proteſtamur & ex ſuperabundanti palam & publice in his ſcriptis & propter provocationes, & appellationes ſeu proteſtationes adverſariorum, quas notorie inanes & manifeſte frivolas reputamus, ac per aliqua per nos dicta vel dicenda propoſita vel proponenda, de aut ſuper ſtatu nationis inclytæ Anglicanæ alias Britanniçæ ſeu ejus jure, quod in conciliis generalibus habere debet vel juris poſſeſſione, vel quaſi. Quæ omnia & ſingula penes nos indubitata habemus judicium cum quocunque, & præſertim cum prædictis Ambaſitoribus adverſarii Franciæ, qui nullum in hac parte intereſſe habet vel de jure habere poteſt, nullo modo ſubire aliqualiter diſceptur'.

Proteſtamur inſuper de addendo, diminuendo, declarando, mutando, corrigendo, interpretando, emendando in omnibus & ſingulis præmiſſorum, prout opus fuerit locis & temporibus oportunis, &c.

F I N I S.

EMENDANDA.

IN *Epiſt.* Roberti Wyngfeild, *p.* 2. *lin.* 11. *pro* perfidos, *lege* per fidos.

Ad Libri pag. 4. *l.* 2. *poſt* Cipri, *adde*, Achaiæ.

P. 5. *l.* 14. *pro* quoniam, *lege* quæ omnia.

Ibid. lin. 26. *pro* Narbone, *lege* Narbona.

P. 6. *l.* 4. *pro* permittitur, *lege* præmittitur.

P. 13. *l.* 10. *dele* prout ex tunc.

P. 17. *l.* 6. *pro* Compan', *lege* Campani. *Similiter*, *p.* 18. *l.* 9.

P. 30. *l.* 13. *pro* aſtrigor, *lege* aſtringor.

Ibid. poſt lin. 20. Inſeratur.

M AD-

ADDITAMENTA.

Placeat ex isto avisari contra illos qui laborant adsumptionem quintæ nationis in hoc sacro Concilio, &c.

SI tota Christianitas debet utique dividi in quatuor nationes, prout * ibi volunt, hoc non esset in has quatuor quas ipsi intendunt, *viz.* Italicam, Gallicam, Hispanicam, & Germanicam, imo oporteret tunc mundus dividi in quatuor secundum quatuor plagas Terræ, *viz.* in Nationem vel Ecclesiam Orientalem, Ecclesiam Occidentalem, Ecclesiam Aquilonarem, & Meridionalem: Et sic dividendo, tunc adhuc Anglia non esset de eadem natione cum Germanis, ad quod tamen ipsi laborant. Hoc sic probatur, Quia ex quo sola Europa est modo Christiana, tunc ejus divisio secundum quatuor plagas Terræ satis patet. Nam Orientalis Pars Christianitatis in Europa, est Ungaria, Polonia, Bohemia, Alemania, Occidentalis pars utique est Francia, & Hispania, Meridionalis pars est Italia, &

* *f.* illi.

& si qui sint Græci de obedientia nostra, puta Cypri & Cretenses in Candia, Aquilonaris pars respectu totius Europæ necessario erit Anglia, Dacia, Swecia, Norwegia, Scotia, & Hibernia, unde sex Regna, vel septem. Ista omnia probantur inferius.

CONCLUSIO. Christianitas in Europa non potest convenientius dividi in quatuor Nationes, quam secundum quatuor plagas Terræ. Probatur hoc sic. Quod si sic, vel hoc esset secundum idiomata, vel secundum Regna vel Dominia, sive secundum excellentiam Regnorum in divitiis, potentia, &c. vel secundum aliquid aliud. Non potest fieri secundum idiomata, quod illa sunt plura quam quatuor. Nec secundum Regna simili ratione, quod illarum plura sunt quam quatuor, quorum tamen nullum alteri dominatur, aut præsidet, neque de jure, neque de facto. Nec talis divisio convenienter fit secundum excellentiam Regnorum in divitiis, in potentia, &c. probatur, quia Nationes debent dividi secundum aliquid permanens, & immutabile, ita quod divisio Nationum maneret semper eadem, etiam in conciliis affuturis per centum Annos, & ultra. Sed ista excellentia est valde mutabilis, secundum quod unum Reg-

num aliquando descendit, & alterum ascendit, secundum Constellationes, vel secundum bonas Politias, vel etiam secundum quod Deo placet, per quem Reges regnant, &c. Nonne Regnum Norwegiæ sæpe domuerat Franciam,& nunquam contra, & vincendo illic Terras & Dominia? ut patet de Normannia. Regnum Daciæ habuit Angliam sibi subjectam. Gothi & Sweci per longissima tempora domuerunt totam Christianitatem, non solum Alemaniam, sed Italiam, & Hispaniam. Ungarorum prosperitas nota fuit, tunc alia Regna jacuerunt, & ista steterunt, vincentes ubique quocunque se verterunt. Et ergo, secundum etiam excellentiam divitiarum, potentiæ, & prosperitatis, nequaquam est conveniens divisio Nationum. Nec est aliquid aliud dabile secundum quod divisio ista convenientius fiat, quam secundum quatuor plagas Terræ, Ergo, &c.

Item ex alia denominatio Nationum a certis Regnis est odiosa aliis Regnis, quia præjudicialis, & ambitiosa; puta quod illi debeant denominari a Franciis qui non sunt Franci, neque sub Francis; illi ab Anglicis qui non sunt sub Anglicis: & ita de Alemaniis, & aliis simili modo, viz. Ungari, Poloni, Bohemi, non recognoscunt

cognoſcunt Alemannos eſſe Dominos ſuos, & ergo odioſum eſt eis & præjudiciale ſi debent ab Alemannis denominari. Quando Schoti venient tunc ipſi nolunt eſſe de Natione Anglicana propter iſtam denominationem; ſed ſi denominaretur Natio Aquilonaris, tunc ipſi non poſſunt alibi eſſe quam ibi. Sic etiam credendum eſt de Hiſpanis, quia noluerunt eſſe cum Gallicis propter iſtam denominationem; ſed ſi fuiſſet Natio dicta Occidentalis, tunc non ſtetiſſet in voluntate ipſorum, imo ipſi ſunt neceſſario Occidentales. Denominando etiam Nationes a quatuor plagis Terræ nulli Regno eſt præjudiciale, & eſt diviſio permanens, ſemper eadem immutabiliter, & cauſa neceſſaria: quod velint nolint Franci & Hiſpani, ipſi neceſſario ſunt Occidentales in Europa: Anglici, Daci, Sweci, Norici, Schoti, & Yberi, neceſſario Aquilonares. Sic quoq; convenientior eſt diviſio Nationum ſecundum quatuor plagas quam ſecundum certa Regna propter quamcunque excellentiam. Sic etiam ceſſaret contentio de majoritate Altercantium, & Proteſtationes penitus tollerentur.

Præterea talis diviſio ſecundum plagas Terræ, videtur olim fuiſſe ſervata in prioribus Conciliis, qualiter multis locis-

ADDITAMENTA.

Scripturæ fit mentio de Ecclesia Orientali, & Occidentali. Et qua ratione admittuntur illæ denominationes, eadem ratione & istæ denominationes, *viz.* Ecclesia Aquilonaris & Meridionalis: Cæterum si hæc divisio non fuerit acceptata ibunt singula Regna in singulas Nationes. Nec hoc videtur magnum inconvenientius. Avisetur ergo Dominus Rex de ista divisione Nationum.

EMENDANDA.

P. 31. *l.* 14. *pro* Anglicorum, *lege* Anglicanæ.

Ibid. l. 20. *pro* ne hoc *lege*, ne ex hoc.

P. 32. *l.* 22. *post* tractatum, *adde* scandalosum.

Ibid. l. 23. *pro* susitavit, *lege* susitaverunt.

P. 33. *l.* 21. *pro* currimus, *lege* occurrimus.

P. 34. *l* 21. *post* evidenter, *adde* perturbationes fecerunt, & scandala, turbando Synodum, in unionis Ecclesiæ periculum manifestum, materias proponendo mirabiles, veritati manifeste contrarias, prout in eorum Scripturis per eos propositis, ac scandalosis, seditiosis, & paci Ecclesiæ notorie turbativis, liquere satis poterit evidenter. *P.* 36.

EMENDANDA.

P. 36. *l.* 8. *post* generali, *adde* &c.

Ibid. l. 9. *pro* fieri, *lege* juri.

Ibid. l. 14. *pro* quantitate, *lege* qualitate.

P. 37. *l.* 1. *post* generali, *adde* imo ſi Regnum Angliæ faceret aliquam quotam partem Concilii generalis.

Ibid. l. penult. & ultim. ſic lege, expediens videtur eſſe providendum, quod rediretur, *&c.*

P. 38. *l.* 10. *pro* ſalus, *lege* ſalva.

Ibid. l. 14. *pro* ſeu ſpiritu, *lege* ſeu quo ſpiritu,

P. 39. *l.* 1. Suetiæ, *adde* & Elbetiæ.

Ibid. l. 2. eis, *lege* eiſdem.

Ibid. l. 3. *pro* tamen quam, *lege* nunquam.

Ibid. l. 4. viſitan', *lege* viſitantes.

P. 40. *l.* 5. Lige, Oceani, *lege* Linguæ Occitanæ.

Ibid. l. 12. &, *lege* nec.

Ibid. l. 15. *ante* prædictam, *adde* quod.

Ibid. l. 22. cauſam, *lege* cauſa.

P. 41. *l.* 6. cupien', *lege* cupiens.

Ibid. l. 12. *pro* ſolvendum & recipiendum, *lege* ſolvendis & recipiendis.

Ibid. l. 17. tum, *lege* tantum.

Et l. 18. *post* non ſequitur, *addantur*, Præterea dicta Extravagans *vas Electionis*, in caſu ſuo ſpecifico in Regno Angliæ diu ſervata non fuit, propter ipſius Extrava-

gantis inconvenientiam ad conditiones Visitantium ac Ecclesiasticarum Facultatum ibidem, & Regni prædicti, nec etiam in Alemania utrobique. Leges enim constituuntur cum promulgantur, sed firmantur cum consensu utentium approbantur. Nam conditiones & mores Anglicorum, & Alemannorum, in talibus præsertim, diversæ sunt, ex quo Lex una communis ipsis esse nequit. Ex causis ergo exemplatis ab iisdem sic scribentibus, & inde vero non entibus, non potest jus dari tam contrarium.

P. 42. *l.* 4. dictorum, *deleatur.*

Ibid. l. 21. provulgando, *lege* promulgando.

Ibid. l. 25. *ante* nobilius, *lege* multo.

Ibid. l. penult. pro ponit, *lege* posuit.

P. 43. *l.* 1. *pro* Britannicam, *lege* Britan'.

L. 13. *pro* dicit, *lege* dicitur.

P. 44. *l.* 10. bene, *lege* vere.

L. 23. Oceanæ, *lege* Occitanæ.

P. 45. *l.* 6. Calocensem, *lege* Colecensem.

P. 46. *l.* 11. *pro* Maij, *lege* Man.

L. 14. Cabon', *lege* Colen', & *pro* Menethathelme, *lege* Menecha thelme.

L. 15. *pro* Regum, *lege* Regn'.

L. 16. *pro* Regna, *lege* Registra.

L. 26.

EMENDANDA.

L. 26. *poſt* videlicet, *adde* quatuor, *& dele* in.

L. 27. altera, *lege* alia.

P. 47. *l.* 5. xxxv, *lege* xxxvj.

L. 9. *pro* inſeparabilibus, *lege* in temporalibus.

L. ult. poſt enim, *adde* &, *pro* bene, *lege* vere.

P. 48. *l.* 17. enim, *lege* etiam.

L. 21, 22, *&* 23, *pro* nihil facit, *&c. uſque ad* diverſis, *ſic lege*, quia notorium eſt quod nihil refert an Natio quævis uni duntaxat Principi obediat vel diverſis.

P. 49. *l.* 9. *poſt* tenebrarum, *adde* primitus.

L. 16. veræ, *lege* verius.

L. 17. æqualem, *lege* æqual'.

L. 22, 23. A tempore vero ſecundo, *&c. ſic lege*, A tempore vero de quo conſtat, *viz.* initio ſecundæ ætatis, *&c.*

L. 25. extit, *lege* exiſtit.

L. 29. *poſt* non poterunt, *adde* ſanctam Helenam, cum filio ſuo Conſtantino M. Imperatore, nato in urbe Eboraci, educere * comparata eſt. Qui Infidelium terras plures, ac Crucem Domini, de manibus Infidelium, ad Chriſtianorum manus, & fidem reduxerunt. Religioſiſſimus inſuper Vir ille, primus Licentiam dedit, per univerſum Orbem, ſuo de Gentibus Imperio

* *f.* comperta.

perio non ſolum fieri Chriſtianos, ſed & fabricandi Eccleſias, & prædia conſtituit illis tribuenda, donaria immenſa contulit, & fabricam Templi primæ ſedis Beati Petri inſtituit, adeo quod ſedem Imperialem relinqueret, & Beato Petro, ſuiſque ſucceſſoribus pro futuro concederet. Hic etiam ad deſtructionem Hæreſium & Schiſmatum primus licentiam dedit Chriſtianis Generalia Concilia libere congregari. Hic etiam in tantum honoravit Eccleſiam, quod ipſius Clericos Deos appellavit. Illa Domus inſuper Potentiſſima Regalis Angliæ ab obedientia Romanæ Eccleſiæ, *&c.*

P. 50. *l.* 3. deſcribere, *lege* deſcendere, *& dele*, &.

L. 6. volen', *lege* volentes.

L. 11. indubia, *lege* dubia.

L. 14. *pro* &, *lege* quam, *poſt* mundo, *inſere* nituntur, *&c.*

L. 15. *pro* a vero deviant, *lege* deviare.

L. 19. largiſſimas, *lege* longiſſimas.

L. 27. *pro* provincias, *lege* provinciis.

P. 51. *l.* 26. etiam, *lege* enim.

L. penult. pro plura, *lege* ſex.

L. ultim. plures, *lege* ſex.

P. 52. *l.* 2. tantum, *lege* tamen.

L. 3. Gallicanæ, *lege* Anglicanæ.

L. 25, 26. *pro* Nationem Angliæ pertinen',

tinen', *lege* Nationi Anglicanæ pertinentes.

P. 53. *l.* 11. recepit, *lege* ſuſcepit.

L. 18. probante, *lege* pro parte.

L. 22. unicam, *lege* vineam.

L. 25, 26. *pro* in Dioces' Glaſthonien', Barthomen', &c. *lege* in Dioces' Bathonenſi pro victu aſſignavit, qui in Monaſterio Glaſtonienſi, Bathonienſis Dioceſeos, ut ſcribitur, tumulantur.

P. 54. *l.* 5. obedien', *lege* obedientiam.

P. 55. *l.* 8. attuntis, *lege* attentis.

L. 16. *pro* adeſſe, *lege* ad eſſe.

L. 17, 18. *poſt* papalis, *inſere* repræſentantis habet hæc Natio inclita Anglicana, alias Britannica, ſicut, *&c.*

P. 56. *l.* 9. gloria, *lege* gloſſa.

L. 11. *pro* in, *lege* id eſt, *ſimiliter*, *l.* 14.

L. 16. quo, *lege* qua.

L. 18. *pro* in pro Natione, *lege* provinciæ, id eſt, Nationi.

L. 21. Cardonien', *lege* Cadomens'.

P. 57. *l.* 1. *poſt* item, *inſere* ſanctus.

L. 2. Epiſcopo, *lege* Archiepiſcopo.

L. 23. hat, *lege* habet.

P. 58. *l.* 16. *pro* Cathedralibus Eccleſiis, *&c. uſque ad*, prætermittendum, *ſic lege*, Collegiatis Eccleſiis, & cæteris piis locis, cum Eccleſiis parochialibus, Nationis Anglicanæ, alias Britannicæ, Provincias

vincias & Dioceſes Nationis Gallicanæ, & ſi ſecundum eos non excedant, ſalva ſemper comparatione, merito tamen adæquantur. Prætermittendum enim non eſt, &c.

P. 60. *l.* 5. Schuvecia, *lege* Swecia.

L. 7. Italio, *lege* Italia.

L. 8. Cipri, *lege* Ciprii.

L. 12. oartes, *lege* partes.

L. 19. *poſt* quatuor, *inſere* ſive Regna vel Dominia quæ plura ſunt quam 4.

P. 61. *l.* 13. Schuvetii, *lege* Sweci, & *pro* Norvici, *lege* Norwegi.

P. 62. *l.* 6. *pro* quarta, *lege* decima.

L. 16. *poſt* qui, *inſere* non fuerunt, nec ſunt tot, nec dignitate, nec numero, nec merito, &c.

P. 63. *l.* 5. *ſic lege*, duntaxat dandis, in Nationibus ſuis, quarum, &c.

L. 10. *pro* ſit, *lege* ſic.

L. 22. laveetur, *lege* laudetur.

L. 23. Bronotarii, *lege* Protonotarii.

L. 24. Abbatea, *lege* Abbates.

L. 28, 29. *ſic lege*, in artibus, & utroque Jure alii Graduati viginti quinque, & præter iſtos, &c.

P. 64. *l.* 10. minus veræ *deleantur*.

L. 17. qui, *lege* quod.

L. 19. per viam, *lege* præviam.

L. 27. major, *lege* minor.

EMENDANDA.

P. 65. *l.* 2. ut, *lege* prout.
L. 14. non nullo, *lege* nonnulla.
L. 18. Conciliis, *lege* Concilia.
L. 22. eorum, *lege* erunt.
L. 25. innumeroſitas, *lege* numeroſitas.
P. 66. *l.* 6. politia, *lege* politiæ.
L. 10. inſtituantur, *lege* inſtituuntur.
L. 11. confirmatur, *lege* firmantur.
L. 13. *poſt* conſideranda, *adde* ſunt.
L. 15. eorum, *lege* errorum.
L. 17. qui, *lege* quam.
L. 19. juuta, *lege* juxta.
L. 25. Apoculipſi, *lege* Apocalipſi.
L. 26. Eccleſias, *lege* Eccleſiis.
L. 27. *poſt* ſpecialia, *inſere* vitia.
L. penult. poſt imperiti, *adde* medici.
P. 67 *l.* 5. quem, *lege* quam.
L. 7. invojuta, *lege* involuta.
L. 11. terrato, *lege* terram, *& pro* Chanam, Chanaan.
L. 12. fuerat, *lege* foret, *& pro* illa, ille.
L. 25. dedicendis, *lege* decidendis.
L. 27. çorundem, *lege* earundem.
P. 68. *l.* 4. dictum, *lege* deductum.
L. 12. Prioratum, *lege* Prioratuum.
L. 19, 20. habere *deleatur*, *& pro* hujuſque, *lege* hucuſque.
L. 21. quibuſdam, *lege* quibus.
L. 24. nationem, *lege* nationes.
P. 69. *l.* 6. proter, *lege* propter.

L. 7.

EMENDANDA.

L. 7. *post* Proteſtants, *inſere*, Provocantes.

L. 9. Adhærentium, *lege* Adhærentes.

L. 10. ſanctæ, *lege* ſacræ.

L. 18. *post* qui, *inſere* hunc ordinem.

L. 23. Synoni, *lege* Synodi.

P. 70. *l.* 2. & *deleatur*.

L. 3. *pro* &, *lege* quod.

L. 11. *pro* vel, *lege* ipſiuſve.

L. 15. *post* Ambaſiatoribus, *inſere* prætenſis.

L. 18. *pro* aliqualiter diſceptur, *lege* intendimus, nec ſuper his tanquam notoriis, & manifeſtis aliqualiter diſceptare.

FINIS.